

**Demonstratio medico-practica Prognosticorum Hippocratis, ea  
conferendo cum aegrotorum historiis in libro primo et tertio Epidemiorum  
descriptis / Ab Henrico Cope.**

**Contributors**

Cope, Henry.  
Hippocrates. Epidemics. Books 1 and 3.

**Publication/Creation**

[Dublin] : Typis Academiae Dubliniensis, sumptibus J. Smith & G. Bruce, 1736.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/f2pheuse>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



28, 845 / B

107-

~~A-2.~~


WW. 5.


(1184)

ey

HIPPONCRATES II

Prognostica









Digitized by the Internet Archive  
in 2018 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30522080>







G. F. G. Gackt Sculp.

HENRICUS COPE M.D.  
*et Medicus Regius ad Statum in Hibernia.*

DEMONSTRATIO  
Medico - Practica  
Prognosticorum *Hippocratis,*

E A C O N F E R E N D O

Cum Ægrotorum Historiis in Libro  
Primo & Tertio Epidemiorum descriptis.

---

Ab HENRICO COPE,  
Medico Regio ad Statum in *Hibernia.*

---

*E tenebris tantis tam clarum extollere lumen  
Qui primus potuisti, Illustrans Commoda vitæ:  
Te sequor, ô Graæ gentis decus, inque tuis nunc  
Fixa pedum pono pressis vestigia signis.  
— — — Propter amorem,  
Quod te imitari aveo. — — — LUCRET.*

---

Typis Academiæ DUBLINIENSIS,  
Sumptibus J. SMITH & G. BRUCE, in Vico  
vulgò dicto *Blind-key*, MDCC XXXVI.

95835





NOBILISSIMO PRINCIPI

*LEONELLO,*

DORSETIAE Duci,

HIBERNIAE Proregi,

SALUTEM.



B omni ævo scientiarum  
studiosis solenne fuit, la-  
bores suos viris doctrinâ,  
virtute, aut nobilitate cla-  
ris consecrare; paucis verò admo-  
dùm ea, quæ mea nunc est, felici-

A 2

tas

tas obtigit, omnibus his instructum  
Patronum invenire. Te Juvenem  
dulcè occupârunt Musæ; Te Vi-  
rum facundiâ, morum suavitate, &  
imperandi dotibus egregiè décorâ-  
runt: Et ni vanum auguror, non  
inter minimas tuas laudes olim re-  
censebitur, quod, Tuis non minùs  
consiliis quàm auspiciis, literarum  
nimiùm diu languescens amor re-  
fuscati tandem inceperat:--- Con-  
servatæ libertatis, & bene gestæ Rei-  
publicæ indicium haud fallax.

AD excitandum studiorum ardo-  
rem quid pulchrius nobis exoptan-  
dum fuit, quàm ut illustris *Hiber-*  
*niæ Prorex*, in *Britanniam*, Patriam  
suam, & celebrem Musarum sedem,  
reditum meditans, Filium Suum di-  
lectissimum doctrinâ & bonis arti-  
bus Academiæ nostræ instituendum  
relinqueret! Id solum restabat in  
votis (quod & jam effectum vidi-  
mus)

mus) ut Patri Filius numeris omnibus absolutus restitueretur. Hoc Tu honore illam dignatus es, præmium hoc gratissimum illa Tibi rependit.

Tua autem, Princeps inclyte, in me collata beneficia nec sum solvendo, nec ut sim optare quidem fas est; ea enim est medicorum conditio, ut vix nisi miseris usui sint. Gratum autem habere animum, & summos tam in Republica, quam in scientia viros venerari, unumquemque fere penes est, & mihi antiquum fuit. *Hippocratem* ergo medicorum principem, quem semper colui, in clientelam confero Viri Principis, quem semper colam. Ille me medicum fecit, Tu me ad supremos in hac Insula medicinæ honores evexisti. Nolle esse medicus, nisi *Hippocraticus*: Nec cordi magis est *Archiatri* Titulus, quam quod Tu, Tantus Vir, eum mihi sis honorem largitus.

SICUT

SICUT mihi haec tenus, sic nunc  
medicinæ Parenti præsidium & de-  
cūs afferas, supplex oro. Ita Tibi  
& Progeniei tuæ periclitantibus præ-  
fidio sit sapientia medica, vel po-  
tiùs (quod faxit Numen) à morbis  
immunes vitam longam, Patriæ ca-  
ram, & omni felicitate cumulatam  
agatis. Hæc vovet ex animo


*TUI,*

*Gentisque tuæ prænobilis,*

*Cultor Observantissimus,*

Datum Dubliniæ,  
Decemb. 5. 1735.

HENRICUS COPE.



## PRÆFATIO.

**C**UM multis abhinc annis praxi medicæ me primū accingerem, videremque quām parū ad promovendam hominum salutem cujuscunque tandem generis hypotheses inservirent, concilium sæpius olim à clarissimo Boerhaavio auditoribus suis impressum (sub quo magistro medicinæ rudimenta didicisse mibi nunquam non gratulabor) persequi statuebam; scilicet ut antiquos fontes accederem, veterumque monumenta pervolverem, Hippocrati verò, & Galeno interpreti, potissimum inhærerem.

Quantam inde voluptatem exhausi, haud facile dixerim; utilitatis verò si quid, vel in mendendo felicitatis, aliorum sit judicium. Hoc autem certò scio, sicubi in præsagiendo deliqui, id ingenii mei, non doctrinæ Hippocraticæ, tenuitati adscribendum esse. Nam vix quidem memini improvisum morbi exitum accidisse, quin, cùm rem serius mecum pensitarem & Hippocratem consularem, evenisse id ex præceptis perperam intellectis, vel quod memoria excidissent, deprehenderim.

Cum verò nec exigui laboris, nec degeneris animi incepturn sit studium Hippocraticum; quoniam argumento

argumento allicerentur homines auream hancce medicinæ fodinam experiri, diu hæsitabam; non enim me multum profuturum sentiebam, si, cum doctissimis ubique ferè gentium medicis, ditissimam esse conclamarem. Hoc enim secula elapsa abundè satis prædicarunt; quām pauci verò ex recentioribus medicis, illis confisi, periculum fecerunt, spreta jam sapientia Coaca miserè testatur. Hujus calamitatis causa proculdubio primaria, socordia est: Hippocrates artem longam, medici hypothetici brevissimam esse pollicentur; hāc spe lactati juvenes specus hypotheticum ingrediuntur, nec, priùs quām ad praxin accedunt, se in tenebris versatos fuisse sentiunt. At revocare gradum--- hic labor---ita enim plerumque comparatum est humanum ingenium, ut malimus in tenebris asuetis cœcutire, quām per ardua ad superas auræ lucemque evadere. Alia quoque, nugacissima licet, veterum medicorum contempñus causa reperiatur, quorundam scilicet neotericorum petulantia, vel malignitas, dixerim? Suæ nempe famæ optimè consulere se existimant, si illis labem intulerint, nec Hippocratem ergo medicum, nec philosophum agnoscunt Aristotelem; tyrones utique argutiis quibusdam futilibus deludentes, quas verè doctos tædet pudetque refellere.

Horum gratiâ præsens tentamen typis maturat. Novas inveniant artes alii, quibus --- Ex meliore luto Titan præcordia finxit. Existimationi meæ satis superque factum fuerit, si antiquas, sed jam penè amissas, ad medicinam semitas aperiam & expurgem, cultos & frugiferos Asclepiadum campos (ubi messis verè medica uniuere colligenda est) è longinquo ostendens.

Votis meis quæ respondeat nullam efficaciorem viam excogitavi, quam ut demonstrem veritatem observationum Hippocraticarum, illarum nempe ope, acutorum morborum magnitudinem, periculum, durationem, mutationes, & exitum prævideri, hoc est, naturam horum morborum penitus cognosci, posse. In explicanda ratione harum observationum multi clarissimi medici saepe desudarunt; opinionum vero diversitas, & hinc ortæ lites, obscuritatem potius quam lucem doctrinæ Hippocraticæ intulerunt. Huic malo non melius obviam iri putabam, quam comparando has observationes cum morbis ipsis & symptomatis quæ in ægrotis occurrunt; hisce etenim si quadrent, tum verissimæ existimandæ sunt, licet rationem eventuum ignoremus.

Sed in hoc tentamine persequendo, difficultates non leves suboriuntur. Nempe qui Hippocratem aversantur, nostras morborum tum observationes, tum historias suspectas habebunt, quasi, jurati in verba magistri, facta pro veris protulissimus. Quid ergo agendum? Historiæ enim ægrotantium à recentioribus traditæ, vel ut hypothesi cuidam & methodo medendi inde deducendæ faveant, vel ut specifici alicujus medicamenti virtutem illustrant, vel ut rarum quid, aut inauditum, propalèt, unicè concinnari videntur. Quibus ad scopum unicum collimantibus dogmata universalia nequaquam adaptandæ sunt. Hisce autem ex angustiis optimè nos expeditivit Hippocrates ipse, qui quadraginta duas acutæ ægrotantium historias accuratissimè delineavit, symptomata quotidiana diligenter notavit, morbique exitum (quamvis ex quadraginta duobus, viginti quinque mortui sint) fideliter patefacere non erubuit. Obser-

vationum igitur lapides Lydii sint ipsi morbi, horumque suffragiis de doctrinæ Hippocraticæ dignitate & utilitate decernatur.

Prognosticorum autem veritatem non magni facerem, si ad prædicendos morborum exitus felices aut infelices unicè valerent; hoc enim medici famæ, rebus autem ægrotantis minimè prodeßet. Sed longè aliter se res habet. Hisce enim doce mur scopulos in praxi evitare, & navem periclitantem in portum tutò dirigere. V. g. Si signa coctionis in urinis quarto die apparentia crisi die septimo præsagiunt, tum, licet febris die quinto increverit, sexto delirium aut convulsiones occupaverint, prudens tamen medicus nec sanguinem adimi, nec vesicatoria laniantia imponi præcipiet, ne naturam, de opere suo solicitam, temerè interpellat aut distrahat; sed tum solum artis præstantiam experietur, cum ex prægressis signis infaustum morbi exitum suspicatur. Si pariter in principio febris diuturnum fore morbum provisum fuerit, tum non venæ sectione aliisque evacuationibus largis, aut repetitis, medicus ægrotum debilitabit; sed omni ope conabitur ægroti vires, quò morbo debellando pares sint, conservare. Sin autem brevem & periculose fore morbum prospexerit, tum forsan largis evacuationibus, & aliis remediis idoneis, impetum morbi coercedit, ne vitæ viribus superior evadat. Hisce & hujusmodi vel ignotis vel spretis observationibus, quæ ex penu Hippocratico unicè depromendæ sunt, medicina, in solamen miserorum divinitus instituta, in perniciem ægrorum pervertitur.

Si quis mibi lites moveat, afferatque phænomena, quæ in hisce ægrotis præsagiendi ansam præbuerunt, non fore in ejusdem generis morbis signa.

na perpetua ejusdem exitūs, ideoque in nostrarum regionum morbis acutis observationes Hippocraticas nullius ferè momenti esse; huic paucis responsum sit. Imprimis ipse Cous testatur, quod hæc, quæ tradidit, signa vera comperiantur & in Lybia, & Delo, & Scythia, i. e. in regionibus calidis, temperatis, & frigidis, ergo in omnibus. Ejusdem fuerunt sententiae, si non omnes, optimi saltem ubique medici; inter quos non infimum locum tenet doctissimus & jam plurimum desideratus Johannes Freind, qui de Sydenhamo sermonem habens ait, quod, utcunque sive loci positione, sive constitutione aëris, ab Anglia longissime discrepet Thasos, inter febres tamen & ab illo (viz. Sydenhamo) & ab Hippocrate adumbratas minimum intersit discriminis. Si qui verò sint qui præ suo ingenio autoritatem sumorum licet virorum nihili faciant, hos moneo, ut Hippocratem legant, ejusque præ sagia cum symptomatis & phænomenis febrium nostratum conferant; tum demum, si vanum vel falsum invenerint, rejiciant; sin autem divina plenum sapientia repererint, parentem foveant, & debitas pro acceptis beneficiis laudes tribuant.

Utinam & nimis quidem vellem, hoc quocunque est oneris, æquipares humeri suscepissent; meorum imbecillitatem agnosco, & doleo. Sed quod meis viribus & otio fieri potuit, feci; in hac arenâ multum & laboris & laudis aliis subeundum & acquirendum remanet. Monstratam ingrediantur viam; hac enim, & hac sold, ad veram praxin medici perducuntur.

In hoc opere perficiendo, duplì sum involutus discrimine. Primo, quod in omnibus ferè ægrotorum historiis nonnulla quotidie prætermissa sunt

*symptomata, quæ si enarrata fuissent, prognostica multò magis perspicua reddidissent; altero, quod ad omnem cavillationem evitandam, ipsis solummodo Hippocratis verbis uti decreverim; quorum vis & propositum non illico forsan lectoribus ubique patebunt.* Hippocrates enim (ut olim notavit laudatus Johannes Freind) scripsit ut artifex artificibus, brevi quidem subtilique dicens genere usus, sed expolito & intelligentibus noto. Si verò conclusionibus a doctrinâ Hippocraticâ legitimè deducendis uti licuisset, præfigiorum veritas, luce clarius, nec jucundè minus, cerneretur.

*In iis quæ ad textum Hippocraticum spectant, editionem Vanderlinden sequor, nisi ubi errores typographici vel mala versio menti Hippocratis planè adversantur. Quamvis enim hæc editio minus accurata sit, cæteris tamen anteferre vi- sum est, quoniam citata facile inveniuntur, & editoris industriâ paginæ earumque sectiones in Foesii, Zuingeri, & Frobenii editionibus indi- gitantur; ita ut minimo labore consuli, & sibi invicem conferri queant.*

*Liceat, benevole Lector, epistolam unam vel alteram à celeberrimo Batavorum medico, de tentamine nostro ad excitandum studium Hippocraticum, mihi conscriptam; ut & aliam, nec mihi minus gratam, ab erudito in hæc urbe medico, qui scriptis philosophicis de medicinâ plurimum meruit, & meriturus est, hic loci inserere. Primæ partem posteriorem solam tibi sisto, altera enim ad aliud spectat.*

*Claro, nobiliq; Viro, HENRICO COPEO, Medico,  
H. BOERHAAVE.*

‘ **A**Ccepi gratas, quas ad me dedisti literas  
‘ Martii tertio \* \* \* \* \*  
‘ \* \* \* \* \* \* \* \* \*  
‘ Commentarios tuos in *Hippocratica* doctos  
‘ & laboriosos, magnâ cum voluptate relegi,  
‘ atque meo quidem bono. Credo & artis stu-  
‘ diosis profore doctrinâ, & exemplo. Ex-  
‘ pecto, quid iis factum velis: Ubi intellexe-  
‘ ro, parebo. Vale, Vir egregie, & me tuo  
‘ utere.

Leydæ, 17—35.  
3  
6

*Post menses aliquot opusculum ipsum accepi,  
unâ cum epistolâ sequenti, quâ me honestare dig-  
natus est.*

*Claro, nobiliq; Viro, HENRICO COPEO, Medico,  
H. BOERHAAVE.*

‘ **A**Ccepi literas, quas ad me dedisti Octo-  
‘ bris tertio anni proximi elapsi, unâ  
‘ cum scripto de medicis rebus addito. Postu-  
‘ lâfset officii ratio, ocîus respondissem. Sed  
‘ temporis mihi relicti penuria, negotiorum  
‘ vix differendorum multitudo sâpe ingratissi-  
‘ ma, prohibuere multa conaturum. Verùm  
‘ & evolvendum erat prius, quâm rescriberem  
‘ volumen. Eo autem viso, fui sanè gavisus,  
‘ quòd veram viam ingrediaris, quâ itur à me-  
‘ dico in salutem ægri. D e u s, creando cor-  
‘ pus

pus hominis, instruxit, id bene natum fa-  
 cultatibus, quæ valeant illud instaurare, &  
 in sanitate conservare, redigendo aërem, ci-  
 bum, potum, ex naturâ suâ in nostram. Sed  
 & illud instruxit viribus, quibus peregrina  
 morbosca subigere, atque à se expellere, per  
 loca idonea posset. Medicus tanti negotii  
 sapiens contemplator, inde tantum, inde uni-  
 cè, discere potest, an ipse debeat agere, quid  
 efficere, & per quæ? Ut hæc naturæ solius  
 molimina ritè perspecta, juvet, regat, mu-  
 tet. Ut huic succurrat, apponendo necessa-  
 ria, ut obstantia removeat, permittat natu-  
 ræ cætera. Quum pari sapientiâ atque for-  
 tunâ id egeris, demereberis medicos, edendo  
 opus magno labore, & doctrinâ paratum.  
 Quare vel meo id periculo, in bonum com-  
 mune evulges, auctor tibi sum. Vale, &  
 saluti gentis humanæ diu, felix adfis.

4  
Leydæ, 17—35.

7

VIR Doctissime,  
**Q**UOD Demonstrationem doctrinæ Hippo-  
 craticæ medico-practicam, tam diu apud  
 te reconditam, jam tandem exoratus publici  
 juris facias, admodùm lætor. Pertinet enim  
 ad famam laudemque morum tuorum, ut non  
 solùm ipse feliciter medendo, verùm etiam  
 aliis feliciter medicaturis viam ineundam  
 monstrando, bono te publico consulere osten-  
 das. Optasse fane, ut historias quoque mor-  
 borum nostratium, in praxi tuâ (magnâ in-  
 dustriâ) collectas, in lucem simul edidisses.  
     Sic

‘ Sic enim observationibus Hippocraticis fides,  
 ‘ etiam si non certior, cumulatior tamen ac-  
 ‘ cessisset. Spero nihilominus quod eas etiam,  
 ‘ amicorum precibus cedere doctus, aliquando  
 ‘ sis in commune emolumentum evulgaturus.

‘ Ingenium Hippocraticum medicinam non  
 ‘ fictis hypothesibus, sed observationibus accu-  
 ‘ ratè factis, excolendam esse viderat. Proinde  
 ‘ historias morborum veras contexuit. Pluri-  
 ‘ mas eorum causas evidentes luculenter assig-  
 ‘ navit. Prognostica quæ ad valetudinem pro-  
 ‘ speram vel adversam, salutem vel mortem  
 ‘ spectant, eâ diligentia & fide tradidit, ut  
 ‘ ipsi etiam medici qui posteà in curationibus  
 ‘ mutârint, eum tamen optimè præfagisse  
 ‘ fateantur. Et quo præfagiorum istorum  
 ‘ usus quam latissimè patere constaret, ea  
 ‘ ubique terrarum vera comperiri admo-  
 ‘ nuit. Cui quidem affirmationi cum ip-  
 ‘ sa rei ratio tum experientia astipulantur.  
 ‘ Nam cùm causæ morborum potissimæ sint  
 ‘ mutationes qualitatum aëris sensilium, calo-  
 ‘ ris nempe & frigoris, humiditatis, siccitatis,  
 ‘ & similiū, omnino necesse est, ut similares  
 ‘ harum qualitatum mutationes morbos simila-  
 ‘ res, symptomataque similarem eventum ha-  
 ‘ bitura, in omnibus regionibus inducant. Ex.  
 ‘ gr. Quamvis inter aëris *Græciæ & Britanniæ*  
 ‘ temperamentum nonnihil sit discriminis, si  
 ‘ tamen in *Græciâ* magna aëris mutatio, à ca-  
 ‘ lore ad frigus facta, pleuritides, anginas,  
 ‘ aliasque febres generis inflammatorii pariat;  
 ‘ fieri nequit, quin proportionalis mutatio aë-  
 ‘ ris, à calore ad frigus in *Britanniâ* quoque  
 ‘ facta, prædictos ibidem morbos etiam pariat,  
 ‘ habitâ utique ratione cæterarum quoque aëris  
 ‘ qua-

qualitatum quæ utrobique obtineant. Nam  
 hujusmodi aëris mutatio non certius in *Græ-  
 ciâ* quam in *Britanniâ* fibras corporis firma-  
 bit, vasa contrahet, sanguinem addensabit,  
 eique tenacitatem conciliabit, unde in vasis  
 minutioribus stagnare jam aptus inflamma-  
 tiones facilè producat. Hæc uti rationi con-  
 sentanea esse viderat, ita experientiâ propriâ  
 egregiè firmavit vir de re medicâ optimè  
 meritus *Cliftonus Wintingham*. Ex obser-  
 vationibus enim per sedecim annos factis  
 compertum habuit, quod similares aëris mu-  
 tationes morbos in urbe *Eboracensi* locisque  
 vicinis pariant *Græciæ* morbis similares. De-  
 prehendit etiam eosdem morbos subitaneum  
 thermometri ascensum vel descensum ad gra-  
 dus proportionales consecutos fuisse, seu in  
 æstate seu hyeme accidebat hæc aëris varia-  
 tio. Unde meritò colligit, *Quòd neque mor-  
 borum neque symptomatum variationes, à gra-  
 du caloris aut frigoris, cuilibet regioni aut anni  
 tempestati, peculiari, oriuntur; sed ad majorem  
 in aëre mutationem, quam quæ cum salute Oeco-  
 nomiæ *Animalis*, præcipue corporis morboſi, con-  
 sistere potest, jure sunt tribuendæ, quo usque sal-  
 tem ex calore aut frigore pendent morborum varia-  
 tiones.* Cum itaque doctrina Hippocratica  
 sit & veritatis indubitatæ, & usus quam am-  
 plissimi, operam medicinæ studiosis ad primè  
 utileni navas, quòd eam, nimis jam neglec-  
 tam, edito opere erudito, restituere coneris.  
 Ut autem candide ab omnibus legatur, &  
 cum eo legentium fructu qui docto tuo la-  
 bori respondeat, ex animo optat

8bris die 31.

1735.

*Tui amantissimus,*

BRYANUS ROBINSON.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ  
ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ  
ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

HIPPOCRATIS  
DE  
MORBIS VULGARIBUS  
LIBER PRIMUS.

ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.

*Κατάστασις Πρώτη.*

I. **E**N Θάσῳ, φθινοπώρῳ, τῇσι ἵσημέρῃν  
καὶ τῷ Πληιάδᾳ, ὥδατα πολλὰ,  
ξωεχέα μαλθακὰ, ὡς ἐν νοίοισι.  
Χειμῶν νότιο. συκεὰ πνεύματα βόρεια  
αὐχμοί.

SECTIO PRIMA.

*Status Primus.*

I. IN Thaso ad autumnum, circiter Aequinoctium & sub Vergiliarum occasum, pluviae multae, continentes, & leves fuerunt, non secus ac spirantibus austris. Hyems austrina, quæ flatus aquilonares parvos, & justo  
B majores

αὐχμοί. Τὸ σωόλον εἴς γε χειμῶνα, ὄκοιν ἦρ  
γίνεται. Ήρ δὲ νότιον, ψυχινόν· μικρὰ ὑσματα.  
Θέρος ὡς τὸ πολὺ ὅπινέφελον· ἀνυδεῖται. Επη-  
σίαι, ὄλιγα, σμικρά, διεσπασμός ἐπινθύσαν.  
5 Γενομένης δὲ τὸ ἀγωγῆς ὄλης ὅπι τὰ νότια, καὶ  
μῆτρα αὐχμῶν, περιθεῖ μὲν τὸ ἥρος ἐκ τὸ πρόστεν κα-  
ταξάσι. Στενανήν καὶ βορείς γλυκομένης, ὄλι-  
γοισιν ἐγήσοντο Καῦσοι· καὶ τατέοισι πάντα δύνα-  
θεῖς· καὶ ὄλιγοισιν ἥμερά μεν· οὐδὲ δὲ ἀπέθυησκον  
10 ἐκ τατέων. Επάρματα δὲ κατα τὰ ὁτα, πολ-  
λοῖσιν ἐτερόρροπα· καὶ ἔξι ἀμφοιέρων τοῖσι  
πλεύσιοισιν ἀπύροισιν ὄρθος ἀδύν. Εγειρέται δὲ οἵσι  
καὶ

maiores siccitates habuit: atque etiam in totum  
veri similis fuit. Ver autem austrinum, frigi-  
dum, parvas habens pluvias. Aestas ut pluri-  
mū nubila, in quā ab imbris cessatio fuit.  
Anniversarii venti, (qui Etesiae dicuntur) parum,  
tenuiter, disjunctim, segregatimque spiravere.  
Existente igitur toto nos ambientis aëris statu  
austrino & ad magnas siccitates vergente, ante  
ver quidem, quod superior status subcontrarius  
& aquilonius factus fuerit, paucis febribus arden-  
tes contigerunt, eaque valde mites & facillimè  
consistentes, quæ neque sanguinis ex naribus  
profusionem nisi paucis, neque mortem attule-  
runt. Multis verò aurium tumores subnasce-  
bantur, qui in alteram partem vergebant, ple-  
risque etiam in utramque, iisque febre vacuis &  
in erectum stantibus nec decumbentibus, et si  
nonnullis paulisper incalescerent. Omnibus  
absque

καὶ μικρὰ ἐπεθερμάγοντο· καλέσεη τῶσιν ἀστρέως· οὐδὲ ὅξεπιπσεν ὄδενι, ἀσερ τὰ ὅξα ἄλλων περφασίων. Ήν δὲ ὁ πρόπτω αὐτέων, χαύνα, μεβάλα, κεχυμήνα, οὐ μὲν φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, τῶσιν ἀσήμως ἥφανισθη. Εγχύει δὲ ταῦτα μετεργατοῖσι, νέοισιν, ἀκμαζόσι· καὶ τάτων τοῖσι περὶ ταλαιστρῶν, καὶ γυμνάσια πλείστοισι· γαναξί δὲ ὄλιγησιν ἐγχύει. Πλείστοισι δὲ βῆχες ἔπρεψεν· βήστεροι, καὶ θάμνοι ἀνάγνωσι· καὶ φωναὶ βραζχώδεες, οὐ μὲν πιθλοῦ. Τοῖσι δὲ καὶ μὲν ιοχρόνον φλεγμοναὶ μετ' ὄδων ἐσ ὄρχιν ἐτερόρροπαι· τοῖσι δὲ ἐπ' ἀμφοτέροις. Πυρεῖοι, τοῖσι μὲν,

absque noxâ extinti sunt, neque cuiquam, velut ii, qui alias sui ortûs causas habent, suppurationem fecerunt. Horum autem ea fuit natura, ut molles & laxi essent, magni, diffusi aut sparsi, sine inflammatione & dolore, omnibusque sensim & sine ullâ significatione evanescerent. Fiebant ista quidem adolescentibus, juvenibus, ætate florentibus, atque horum plurimis, qui in palæstrâ & gymnasiis exercebantur; mulieribus verò paucis contingebant. Multis tuffes aridæ & inanes, quibus cum tussi nihil educebatur, nec ita multò post voces raucescabant. Quibusdam verò ex temporis intervallo inflammations cum dolore in alterum testem erumpebant, quibusdam etiam in utroque. Alii quidem febribus corripiebantur, non nulli verò sine febre persistebant. Atque adeò hæc ipsa plurimis gravia & molesta fuere. De

μὲν, τοῖσι δ' οὐδὲν πόνως ταῦτα τοῖσι πλεί-  
στοισι· τὰ δὲ ἄλλα, ὅκόσα κατ' ιῆρεῖον, ἀνόσως  
διῆγον.

2. Πρωὶ δὲ τῷ θέρεῳ ἀρξαμένα, καὶ οὐδὲ  
5 θέρεῳ, καὶ κατὰ χειμῶνα, πολλοὶ τῷ ἡδη πε-  
λλιῷ χείρον τυφθειρομένων, φθινώδεες κατεκλί-  
θησαν· ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἀνδριαῖς ἔχεσι, πολλα  
λοῖσιν ἐβεβαιώσε τότε. Εἳ δὲ οἵσιν ἔργα λο-  
ποῦτοι, ταλέοισιν ἔρρεπεν ἡ φύσις οὐπὶ τὸ φθι-  
νώδεες. Ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ ταλαιποὶ τα-  
γέων· καὶ τῷ κατακλιθέντων οὐδὲν οἴδε, εἴ τις καὶ  
μέτριον χρόνον διεγήγει. Απέθυνσκον δὲ ὄξυτ-  
τέρεως, ἣν ὡς εἴθιται θάρσου τὰ τοιαῦτα· ὡς τὰ  
γε ἄλλα καὶ μακρύτερα σὺν τοῖσι πυρεῖοισιν  
15 ἐστιν τὰ δύφορες ἥνεκαν, καὶ οὐκ ἀπέθυνσκον, πει-  
λα

reliquo autem quod ad ea attinet, quæ ad Chirurgiam spectant, in his inculpatè habebant.

2. Ante verò æstatis initium, & per ipsam  
æstatem, atque etiam ad hyemem, eorum mul-  
ti, qui jam longo intervallo consumpti erant,  
tabefacti decubuerunt, siquidem & multis de-  
tabe in dubium venientibus, ipsa tunc est con-  
firmata. Est ubi etiam eos, qui naturâ erant ad  
tabem promptè comparatâ, tum primùm occu-  
pavit. Ex his multi atque etiam plurimi inte-  
rierunt. Atque haud scio, si quis ex decum-  
bentibus etiam modico tempore superfuit. Ce-  
leriūs verò interierunt, quām talia transfigi so-  
leant, præsertim cùm alios & diurniores &  
cùm febribus conjunctos pertulerunt, nec inte-  
rierunt,

ῶν γερεάτερος. Μᾶνον γέ καὶ μέγιστον τὸ τότε γήμορθίων νεανικάτων, τὰς πολλὰς τὸ φθινῶδες ἔχεινεν.

3. Ήν δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τὰ παθήματα ποιάδε· φρικώδεες πυρεῖοι, ξυνεχέες, οὐδέες· τὰ μὲν ὅλον τὸ θαλαίποντες. Οἱ δὲ τεθριπόαι, ιμιλευταῖαι· τὸ μὲν καθολέριν, τῇ δὲ ἑτέρῃ ὅππαροξυνόμηντο· καὶ τὸ ὅλον ὅππι τὸ οὖν τερον ὅππιδιμόντες. Ιδεῖτες δὲ αὐτούς, οὐδὲν ὅλον τοῦτοις ἀκρέων πολλῆι, καὶ μόλις ἀναθερμανόντος μηδα. Κοιλίαι παραχώδεες, χολώδεσιν, ὄλιγοισιν, ἀκρύτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι· πυκνὰς ἀνισταντο. Οὐρα δὲ ἡνὶ λεπτὰ καὶ ἄχροα, καὶ ἀπεπτά, καὶ ὄλιγα, ἢ πάχθαι ἔχοντα καὶ μηχρινὰ πάσσασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ' ὥρην

τινα

rierunt, de quibus paulò post scribetur. Solus namque & eorum qui tunc viguerunt maximus Morbus, multos tabes ipsa peremit.

3. Eorum autem plurimis hujusmodi affectus aderant, febres horroris sensu insigne, assiduae & acutae, in totum quidem non desinentes, sed quae erant ex semiterianarum genere, uno die leviores, altero verò insuper ingraevescentes, omninoque vehementius increcentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus diffusi, extremorum refrigeratio multa, quae vix quidem incalescebant. Alvi conturbatae biliosa, pauca, sincera, tenuia, mordacia egesferunt, crebrōque assurrexerunt. Urinæ tenues, crudæ, decolores atque paucæ, aut crastitudinem & paucum quod desideret habentes, neque

τινὶ καὶ ἀκαίρῳ τέσσεριστῃ. Εὐπορούν δὲ μικρός,  
καὶ τυχνά· πέπονα, κατ' ὄλιμον, μόλις ἀνά-  
γοντες. Οἵσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδὲν  
ὄλιμον πεπασμὸς ἔνι, ἀλλὰ διελέλεον ὡμά πάνον-  
τες. Φάρυγγες δὲ πλεῖστοις τέτων, ἐξ ἀρχῆς  
καὶ μέχρι τέλεως, ἐπώδιων ἄνχον, ἔχοντες ἐρδύθης  
μὲν φλεγμονῆς, εὐθύματα, Συκεά, λεπτά, δε-  
μέα· ταχὺ τηκόμμυοι, καὶ πακέμμυοι· ἀπόστολοι  
πάντων γένηταν μέχρι τέλεως, ἀδιήφοι· καὶ  
τοῦτοντοῦτον πολλοὶ πέπλοι πάντατον. Περὶ μὲν τὰ  
φθινόδεα, ταῦτα.

4. Κατὰ δὲ θέρος ἥδη καὶ φθινόπωρον, πυ-  
ρεῖοι πολλοί, καὶ ἔωστες, οὐ βίαιοι· μακεσ-  
τὴ νοσέεσσιν, οὐ δὲ πέπλοι τὰ ἀλλὰ δυσφόρως μέχ-  
ρις,

neque probè consistentes, sed in quibus ea, quæ  
subsidebant, cruda & intempestiva erant. Tu-  
siendo verò pauca, densa, concocta rejiciebant,  
& quæ paulatim, ac non nisi agrè educerentur.  
Qui autem violentissimè conflictabantur, iis ne  
parva quidem concoctio adfuit, sed perpetuò  
cruda expuebant. Horum etiam plurimis fau-  
ces statim & ad extremum usque rubore & in-  
flammatione affectæ doluerunt, fluxionibusque  
parvis, tenuibus & acribus tentati, citò con-  
sumpti, malèque vexati sunt, perpetuò cibos  
omnes aversabantur, neque siti capiebantur,  
multique circa mortem delirabant. Atque ista  
quidem tabidis contigerunt.

4. Jam verò ad æstatem & autumnum febres  
multæ, assiduæ, neque violentæ prehendebant,  
istaque diu laborantibus, non his, qui cætera  
moleste

ἵστιν, ἐγέρνοντο. Κοιλία ταραχώδεες τοῖσι ωλεί-  
τοισι τάνυ δύφορως, καὶ θέμὲν αἴξιν λόγια προσέ-  
βλαπτον. Οὖτα τὲ τοῖσι ωλείτοισιν, εὔχροα  
μὲν, καὶ καθαρὰ· λεπτὰ δὲ, καὶ μῆτρι χερόνον,  
ωὲν κείτιν πεπαινόμηνα. Βιχώδεες δὲ λίκη, 5  
θέμὲ τὰ βησόμηνα δυσκόλως· δὲ δὲ απόσιλοι, ἀλ-  
λὰ καὶ διδόναντα τάνυ σνεδέχετο. Τὸ μὲν δὲν  
ὅλον, πεντέσεον οἱ φθινώδεες, δὲ τὸ φθινώδεα πε-  
πον· περιελοῖσι φεικώδεσι. Συκεὰ ἐφιδρύντες,  
ἄλλοιε ἄλλοι ὡς πήροξυνόμηνοι πεπλανημένοις· 10  
τὸ δὲν ὅλον, οὐκ ἐκλείποντες· πήροξυνόμηνοι δὲ, πε-  
ιταιοφυέα πεόπον. Εκρίνετο δὲ ταλέων, οἵσι τὰ  
βελκύτατα γένοισι, ωὲν εἰκοστῶν ἡμέρων· τοῖσι  
δὲ ωλείτοισι, ωὲν τεαταραχοῖσι· ωλλοῖσι  
δὲ, ωὲν ὄγδοοκοῖσι· ἔτι δὲ οἵσιν, θέμ’ ἔτως, 15  
ἀλλα

molestè habebant, contigerunt. Alvi plurimis  
valde placidè conturbatae sunt, nihilque effatu  
dignæ noxæ attulerunt; urinæque plurimis  
boni quidem coloris & puræ aderant, sed te-  
nues, & quæ tandem judicationis tempore con-  
coquebantur. Hi non admodum tussiculosi e-  
rant, neque ea quæ tussi rejiciuntur negotium  
exhibebant, neque cibum non aversabantur mo-  
dò, verùm etiam exhibendi illius facilem facie-  
bant copiam. In summâ igitur, afficiebantur  
qui tabescabant, non quomodo cæteri tabidi so-  
lent; sed febribus cum horroris sensu correpti  
parum insudabant, interdum alii vagas quodam-  
modo & errabundas accessiones habebant, neque  
in totum febres desinebant, sed quæ in speciem  
tertianarum

ἀλλὰ τεπλανημάτως τε καὶ ἀκεῖνως ἐξέλιπον.  
Τελέων δὲ τοῖσι ταλαιποῖσιν, οὐ τολιώ Δαλεί-  
ποντες χεόνον, οὐτέρε φαν οἱ τυρεῖοι τάλιν.  
ἐκ δὲ τῶν πατροφέων σὺν τησιν αὐτῆσι πειθόδοι-  
σιν ἐκείνοις. Πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήματον, ὡς  
καὶ τὸ χειμῶνα νοσέειν. Εκ τάντων δὲ τῶν  
πατερεμάτων σὺν τῇ κατασάνῃ ταύτῃ, μάνοισι  
τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξωάπεσεν· ὅπερ τοῖ-  
σι δὲ ἄλλοισι τυρεῖοῖσι οὐκ ἐγένοντο.

## ΤΜΗΜΑ

tertianarum insultus facerent. Inter eos autem,  
quibus erant brevissimi morbi, ii ad vigesimum  
diem judicatione solvebantur; plerisque verò  
ad quadragesimum, nonnullis etiam ad octoge-  
simum. Est ubi ne sic quidem, sed errabundè  
& nullâ observatâ judicatione quibusdam desi-  
nerent. Horum quoque plurimis, quæ non  
longo post intervallo remiserant febres reversio-  
nes fecerunt, iisdemque dierum ambitibus post  
ipsas reversiones judicabantur, earumque non-  
nullæ ægros ita produxerunt, ut sub hyemem  
affligerentur. Ex his autem omnibus, qui in  
hac statu conditione descripti sunt, solis tabi-  
dis lethalia contigerunt, in aliis verò febribus  
nequaquam obvenere.

## SECTIO

## ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

*Kαλάτασις Δούλεψι*

5. ΕΝ Θάσῳ, τῷων ἐφθινοπώρῳ, χειμῶνες εἰς κατὰ καιέν. ἀλλ' ἔξαιρυνται, σὺν βόρεοισι καὶ νοίοισι τολλοῖσιν, μῆροι καὶ τῷ εκρημνόμενοι. Ταῦτα δὴ ἐγένετο τοιαῦτα, μέχεται Πληιάδαι δύσις, καὶ τὸν Πληιάδα. Χειμῶν δὲ βόρεις. ὑδάται τολλά, λαῦχα, μελάτα, χιόνες. μιξαύθεντα τὰ ταλαιπώτα. Ταῦτα δὲ ἐγένεντο μὲν τώντα, εἰς λίσσα δὲ ἀκάρεων τὰ τοῦ ψυχέων. Ήδη δὲ μεθ' ἡλίου προπάτας χειμερινάς, καὶ ἥνικα Ζέφυρος τωνταν ἄρχεται, ὅπισθοχεῖται.  
μένεις 10

## SECTIO SECUNDA.

*Status Secundus.*

5. ANTE Autumnum in Thaso tempestates non tempestivæ, sed cum multis austris & aquilonibus repentinæ & humidæ prorupere. Taliaque ad Vergiliarum occasum usque, & sub Vergilias ipsas extitere. Hyems autem aquilonia, aquæ multæ, vehementes, magnæ, nives, hisque intermixta ut plurimum aëris serenitas. Atque ista omnia contingebant, nec certè admodum inopportuna erant frigora. Jam verò post brumale solstitionem, eoque tempore quo spirare incipit Favonius,  
C extremæ

μῶνες μεγάλοι· βόρεια περιστάσεις· χιών, καὶ ὑδατά  
τα ξυνεχῶς περιστάσεις· καὶ θερμὸς λαιλαπώδης,  
καὶ βότινέφελος· ταῦτα δὲ ξυνέτεινε, καὶ οὐκ  
αὐτὸς μέχεται ισημερίνης. Ήρόδης τυχεόν, βόρειον,  
5 ὑδατῶδες, βότινέφελον. Θέρος δὲ λίμνη καυματῶδες  
ἐγίνετο. Επησίαν ξυνεχέως ἐπινδυσαν·  
παχὺ δὲ τοῖς Αρκτίθεον, σὺν βόρειοις περιστάσεις  
πάλιν ὑδατά. Γενομένη δὲ τούτη ἡ περιοχή ἀλλα μέρη,  
καὶ τυχεότες, καὶ βόρειες, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑπερ-  
10 εύς ἔχοντα περιστάσεις· περιστάσεις δὲ τούτης θέρος, περιστάσεις  
καὶ οἱ περιστάσεις διῆγον βότινος περιοστος.

6. Ηρόδαντο μὲν τὸ περιστον ὄφθαλμια φωτείας,  
οὐδὲν αἰώνεις, μέραι, ἀπεπτοι. Σμικραὶ λημνίας  
περιστάσεις

extremæ hyemis frigora magna fuere, aquilones multi, nives & pluviae continenter multæ, ccelumque cum ventorum turbine nimbosum & nubilum, eaque ipsa non remiserunt, sed se ad æquinoctium extenderunt. Ver autem frigidum, aquilonium, pluviosum nubilumque, neque admodum æstuans æstas fuit. Venti anniversarii continenter spiravere, statimque ad Arcturum perflantibus Aquilonibus aquæ admodum multæ. Existente igitur anno toto humido, frigido & aquilonio, ad hyemem quidem ut plurimum bene valuerunt, ante ver autem plerique omnes molestè & graviter vitam traduxerunt.

6. Primùm itaque lippitudines fluentes, cum dolore, humentes & crudæ obortæ sunt, fordes in oculis concretæ (quas lenias vocant) parvæ,

πολλοῖσι δυσκόλως ἐρρήνυμα, τοῖσι πλει-  
στοισιν ψέζερεφον· ἀπέλιπον, ὅφε πρὸς τὸ  
φθινόπωρον. Κατὰ δὲ θέρος ἥδη καὶ τὸ φθινό-  
πωρον, δυσενίεργάδεες, καὶ τενεσμοὶ, καὶ λε-  
πίεργάδεες, καὶ θερροιαχολάδεες, λεπτοῖσι, πολ- 5  
λοῖσιν, ὡρδοῖσι, καὶ δακνάδεσιν· ἐτοι δ' οἵσι καὶ  
ὑδατώδεες. Πολλοῖσι δὲ καὶ θερροιαχοτί πόνοι  
χολάδεες, ύδατώδεες, ξυσματώδεες, πυνάδεες,  
πρεγγυγεργάδεες· & νεφελικαὶ, ἀλλα τελέοισιν ἀντί<sup>τ</sup>  
ἀλλων ἀλλα. Εμέλοι χολάδεες, φλεγματώδεες· ΙΟ  
καὶ Σιτίων ἀπέπλων αὐαβωμά. Ιδεῶτες· πᾶσι  
πάνθην παλύος ὁ πλάδος. Εγκύειο δὲ ταῦτα  
παλλοῖσιν, ὄρθος ἀδύος ἀπέργοι· πολλοῖσι δὲ  
πυρέττοσι,

parvæ, nec sine difficultate multis erumpebant,  
quæ cum plurimis revertissent, tandem ad au-  
tumnūm reliquerunt. Jam verò per æstatem  
& autumnūm, ex intestinorū lævitatem & tor-  
minibus, continuâque & inani egerendi cupi-  
ditate laborârunt, alvique fluidæ, biliosa, te-  
nuia multa cruda & mordacia, nonnunquam  
etiam aquosa dejecerunt. Plerisque etiam cir-  
cumflui non sine dolore humorū affluxus  
contigeré, biliosi, aquosi, strigmentosi, puru-  
lenti, & qui urinæ difficultatem facerent, non  
ex proprio aliquo renūm vitio, sed quod istis  
alia in aliorū vicem succederent. Vomitio-  
nes pituitosæ, biliosæ, & crudorum ciborum  
eduções, ac sudores aderant, atque omnibus  
undiquaque diffuebat humiditas multa. Mul-  
tis autem hæc siebant, qui erecti & stantes à  
febrībus erant vacui, plerisque etiam febre cor-  
reptis,

πυρέτθαισι, τῶν ἀν γεγένετο). Εν οἷσι δέ τε ἐπεφαίνοντο τάντα τὰ παρεξαμμύνα, μὲν τόντα φθινώδεες. Ήδη δὲ φθινοπώρος καὶ παραχειμῶντα πυρεῖοι ξανεχέες· καὶ τοῖσιν αὐτέων ὄλιγοισι κανέοντες· ήμεροι, νυκτεροι, ημιελάῖοι, τετάῖοι, ἀκελέες, τελαρίαιοι, πλάνητες.

7. Εκατοι δὲ τὰ παρεξαμμύνα πυρεῖῶν πολλοῖσιν ἔχουντο. Οἱ μὲν καῦσοι, ἐλαχίστοισι τε ἔγινοντο, καὶ οὐκιτα τὰ καρνούντων θτοι επόνησαν· οὔτε γένος αἵμορραχια, εἰ μὴ πάντα Συριακοὶ καὶ ὄλιγοισιν, οὔτε οἱ πλεύληει· τάτε ἄλλα πάντα δύφοροι. Εκρίνετο δὲ ταῦταις πάνταις· τοῖσι πλείστοις ξὺν τῇσι θαλαπάσησιν ἐπίπλακαίδενα ήμέρησιν. Οὐδὲ διποθανόντα  
εἰδένειν

reptis, de quibus mox scribetur. In quibus verò descripta omnia deprehendebantur, ii non sine labore tabidi evadebant. Jam quidem ad autumnum & sub hyemem febres erant assiduae, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnae, nocturnae, semitertianae, tertianae exquisitae, quartanae, erraticae.

7. Atque enumeratarum febrium singulae multis oboriebantur, ardentes verò omnino paucis, iisque ex ægrotantibus minimum labi rârunt. Nam neque sanguis ex naribus nisi paucus admodum, iisque paucis profluxit, neque delirârunt, cæteraque omnia placide tulerent. Horum plurimis bene admodum constituto & composito iudicationis ordine, febris ardens cum intermissione in septendecim diebus solvebatur, atque haud scio an quisquam tunç

ex

εδένα οἵδια τότε ἐν καύσω· εδὲ φρενίκα τότε γινόμηνα. Οἱ δὲ τελιάραι, πλείσται μὲν τὴν καύσων καὶ βηπονώτεροι· δύτακλαις δὲ τάτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς περιττῆς λίψις, τέωσας πειρόδες· ἐν ἐπίλαι δὲ τελέως ἐκελυνοίτο· εδὲ παρέργεταιν εδενίς τάτων. Οἱ δὲ τελιαριάραι, πολλοῖσι μὲν τέλειοις, ὃν τάξις τελιαριάραις, ἔργαντο· ἔτι δὲ οἷσιν ἀκόλιμοισιν τέλειοις αὐλαντῶν πυρετῶν καὶ νευριμάτων δύπτασις ἐστι τελιαριάραις ἐγχύνοντο· μακεδόνας καὶ οἰνοθήματας τελέσισι, καὶ ἔτι μακεστεραῖς ξανθεπιπλενεν. 10 Αμφημεροί δὲ καὶ νυκτεροί, καὶ πλάνης πολλοῖσι πολλοί, καὶ πληνὸν χερόν τον παρέμμηνον· ὄρθος ἀδύνατο τε, καὶ κατακειμένοισι. Τοῖσι πλείστοισι ταλέων πάσσον πληγαίδας καὶ μέχρι χειροῦ οἱ πυρετοί πρέποντο. Σπασμοὶ δὲ πλειστοῖσι, 15

λοῖσι,

ex hâc ipsâ interierit, aut ad phrenitum devenierit. At verò tertianæ plures quidem quam ardentes & laboriosiores fuerunt, atque in his omnibus rite & ordine à primo insultu ad quartos circuitus processere, in septem verò absolutè judicabantur, neque horum cuiquam reverterunt. Quartanæ autem multis per initia certo & rato quartanæ tenore cœperunt, quibusdam verò non paucis ex aliis febribus & morbis secessus in quartanas fiebant, longæque his pro consuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed & quotidianæ nocturnæque & errantes multæ diuque plerisque perseveravere, tum erectis, tum decumbentibus; horumque plurimos febres sub Vergiliis & in hyemem usque comitabantur. Multos autem

λοῖσι, μᾶλλον δὲ ταῖδιοισιν ὅξ αρχῆς· καὶ ἐπύ-  
ρεοις, καὶ ὅπῃ τυρεοῖσιν ἐγίνοντο στασμοί. Χεό-  
νται μὲν τοῖσι ταλαιποῖσι τύλεων, ἀβλαβέα δὲ, εἰ  
μὴ τοῖσι καὶ ἐκ τοῦ ἄλλων τάντων ὀλεθρίως ἔ-  
ται χρόνοι.

8. Οἱ δὲ ἔωντες μὲν τὸ ὄλον, καὶ οὐδὲν ἀλε-  
πούλες, προξαρόμηνοι δὲ τὰσι τελαιοφυέα πρό-  
πον· μίλια ἵππουφίζοντες, καὶ μίλια προξαρό-  
μηνοι, τάνταν βιαιότατοι τότε γρυομήνων καὶ  
μακεστάτοι, καὶ μὲν τώντων μεγίτων γρυομήνων·  
τρηνέως αρχόμηνοι, τὸ ὄλον ὅπιδιδόντες αὖτε, καὶ  
προξαρόμηνοι ἐν κειμένοισι, καὶ ἀνάμοντες ὅπῃ τὸ  
κάκιον. Συκεὰ μακεστίζοντες· καὶ ταχὺ τά-  
τιν ὅξ ὅπιχέσισθε, βιαιολέγος προξαρόμηνοι ἐν  
κειμένῳ

autem statim ab initio præcipueque pueros  
convulsiones cum febre tentabant, quæ etiam  
febribus succedebant, erantque hæc plurimis  
diuturna quidem, innoxia tamen, nisi si qui-  
bus cætera omnia perniciem adferrent.

8. At verò continuæ quidem omnino febres  
erant nihilque intermittebant, sed omnes in-  
vadebant earum febrium more, quæ ad tertianarum  
naturam propius accederent; uno qui-  
dem die leviores, altero verò vehementiores,  
omnium quæ tunc contingenter violentissimæ,  
longissimæ & laboriosissimæ; per initia le-  
ves & in totum perpetuò increscentes diebus  
judicatoriis insultus habebant, & in deterius  
procedebant. Quæ etiam cùm parum allevâf-  
sent, celeriter rursus ex intermissione vehe-  
mentius invadebant, & diebus judicatoriis  
magnâ

χεισίμοισιν, ὡς δὲ τὸ πελὸν κακάμενοι. Ρέ-  
γει δὲ τᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγί-  
νετο· ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τύλεοισιν, ἀλλ' δὲ  
ἢ ἄλλων πυρεῖῶν μείζω. Ιδεῖστε πολλοὶ· τύ-  
λεοισι δὲ ἐλάχιστοι, καφίζοντες ἀδὲν, ἀλλ' οὐτε 5  
ναυτίου, βλάβας φέροντες. Ψύξις πολλὴ τύλε-  
οισιν ἀκρέων, καὶ μόλις ἀναθερμανόμνα· ἀδὲ  
ἄμερυπνοι τὸ Σιύλον· μάλιστα δὲ τοι καὶ τά-  
λιν καματάδεες. Κοιλίαι τᾶσι μὲν ταραχώδεες  
καὶ κακαὶ, πολὺ δὲ τύλεοισι κάκισται. Οὔρα 10  
δὲ τοῖσι ταλαιπώσι τύλεων, ηὔ λεπτὰ, καὶ ὠμαὶ,  
καὶ ἄχεα, καὶ μῆτρὶ χέροντα πικρὰ πεπανόμνα  
χεισίμων, ηὔ παχὺ μὲν ἔχοντα· Σολεῦσθαι δὲ καὶ  
ἀδὲν καθιεράμνα, ἀδὲν ὑφιεράμνα· οὐδὲ πεπανό-  
μνα,

magnâ ex parte deterius affigebant. In his omnibus rigores incompositè & errabundè contingebant, paucissimique & minimi, verùm in cæteris febribus majores, ut & fudores multi, his verò perpauci nihilque allevantes, sed contra noxiā afferentes. His magna extremonū perfrictio, quæ vix etiam recalescerent. Neque penitus pervigiles erant, maximè verò hi etiam viciissim sopore gravabantur. Alvi omnibus quidem conturbatæ erant maléque affectæ, istis verò multò pessimè. Horum autem plurimis urinæ aut tenues erant crudæque & decolores, aliquantoque post intervallo nonnihil concoctæ, non sine judicatoriis signis, aut crassitudine quidem præditæ, verùm turbidæ, nihil consistentes aut subsidentes, neque concoctæ,

μῆνα, ἵνα Σμικρά, καὶ καπά, καὶ ωμά τὰ ὑφεῖς  
τάμνυα· κάκιτα δὲ ταῦτα πάντα. Βῆχες μὲν  
παρείποντο τοῖσι πυρεῖσι· γεάται δέ οὐκ ἔχων  
βλαβέων, οὐδὲ ὀφελεῖσιν γέμομέν τις Βηχὸς τό-  
τε. Χεύνια μὲν δὲν καὶ δυσχερέα, καὶ πάνυ αἱ-  
τάκιως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκείλως τὰ πλεῖ-  
στα πτερέων διετέλει γινόμενα, καὶ τοῖσι πάνυ οὐ-  
λεθερίως ἔχονται, καὶ τοῖσι μή. Εἰ γένος πινας αὐ-  
τῶν θαλίποιεν Σμικρὸν, ταχὺ πάλιν θέ-  
το τρεφον· ἐτοι δὲ οἵσιν ἐκείνον αὐτέων ὀλίγοισιν,  
οἵσι τὰ βεραχύτατα γέμοιο, περὶ οὐδονκοτῶν  
ἔσσοι, καὶ πτερέων σύνοισιν θέτετρεφον, ὡς εἴ κατὰ  
χειμῶνα τὰς πλείστας αὐτέων ἐτοι νοσέειν· τοῖσι  
δὲ πλείστοισιν ἀκείτως θέξελιπον. Ομοίως δὲ  
ταῦτα

coctæ, aut paucæ, vitiosæ, crudæ, subsiden-  
tes, & in summâ pessimæ omnes. Tuffes qui-  
dem febres comitabantur, sed neque quam uti-  
litarum aut noxiam tunc tuffis attulerit, licet  
scribere. Diurna itaque & difficilia hæc e-  
rant, valdeque incompositæ & errabundæ atque  
citra solutionem horum plurima, tum his qui  
exitialiter valde, tum his qui nequaquam ita  
se haberent, permanebant. Si quibus enim  
aliquantulum intermitterent, in iis celeriter  
reversiones faciebant. Est ubi quibusdam iis-  
que paucis, ad octogesimum diem cum brevis-  
simè judicatione solverentur, nonnullis repe-  
terent, ut etiam in hyemem eorum plurimi æ-  
grotarent. Plerosque verò omnes absque judi-  
catione deserebant. Hæc autem tum his qui  
superstites

ταῦτα Συέπιπτε τοῖσι ἀσθμομένοισι, καὶ τοῖς  
σιν 8.

9. Πολλῆς δὲ τινῶν γρυμένης ἀκρισίν, καὶ  
τοικίδης ἐκ τῶν ιαστημάτων, καὶ μεγίτερη μὲν Ση-  
μέναις καὶ πακίτερη Δῆμῳ τέλεσσι ταρεπομένη, τοῖς 5  
σι ταλεῖτοισιν, δύποσίτερης τάνταν γεμάτων,  
μάλιστα δὲ τυτέων, οἷσι καὶ τὸ ἄλλα ὀλεθρίως  
ἔχοι. Διψώδεες δὲ λίτιν ἀκάρεις ἥσαν δὴ ταυρε-  
τοῖσι τάτοισι. Γενομένων δὲ χερόνων μακρῶν,  
καὶ τόνων τολλῶν, καὶ πακῆς ξυπτήξισσι, δὴ τοῖς 10  
τελέοισιν δύποσάσιες ἐγέρνοντο, ή μείζοις, ὡς εἰς τόσο-  
φέρειν μὴ διώαδε, ή μείζοις, ὡς εἰς μηδὲν ὀφελέσειν.  
ἄλλα ταχὺ παλινδερμέειν, καὶ ξυπετείμενη δὴ  
τὸ πάκιον. Ήν δὲ τυτέοισι τὰ γινόμενα δυσεν-  
τερωδέα, καὶ τανεσμόι, καὶ λαεντερία, καὶ τοῖς 15  
ροώδεες.

superstites erant, tum iis qui moriebantur ex  
æquo contigerunt.

9. Cūmque multa eaque varia esset in mor-  
bis iudicationis cessatio, maximum sanè & pes-  
simum signum plerosque omnes ad extremum  
usque prosecutum est, quod cibos omnes aver-  
sarentur, iisque maximè qui cætera quoque exi-  
tialiter haberent. In his verò febribus non  
admodùm inopportunè siticulosi erant. Longo  
autem progressu temporis, cùm & labores mul-  
ti malaque corporis extenuatio fieret, his hu-  
morum successus aut viribus superiores, aut  
minores quam ut prodeissent quicquam, succe-  
debant, sed qui confestim intrò recurrerent &  
in deterius contenderent. Atque his aderant  
intestinorum termina, crebræ & inanes ege-  
rendi

ρωμαίες. Εὗτι δ' οἵσι καὶ ὑδρύπτες, μῆτραι τάτων καὶ ἄνδρων τάτων· ἀσται. Ο, τι δὲ πλευρόνοιο τάτων βιάζως, ταχὺ ξυνήρθε, ηταύλιν ὅπῃ τὸ μηδὲν ὀφελέειν. Εξανθίματα μικρά, καὶ ὡκέα ἀλέιως 5 τὸ πλευρόληπτὸν νοσημάτων, καὶ ταχὺ τάλιν ἀφανίζομενα· ηταύρια τὰ ὥτα οἰδηματα μωλυόμενα, καὶ οὐδὲν δύσοσημάνοντα. Εὗτι δ' οἵσιν ἐστὸθεα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ιχίον, ὀλίγοισι κρυσταῖς δύπλιπόντα· καὶ ταχὺ τάλιν ὅπηραδιστομενα 10 μενα ὅπῃ τὸ ἀρχῆς ἔξι.

10. Εθνοσκον δὲ, ἐκ τάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ τελέων ταφία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἦδη, καὶ πρεσβύτερα ὄκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα πλε-

rendi cupidines, intestinorum lævores & alvi fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum ejusmodi enumeratis casibus, aut sine his contingebat: Stomachi fastidia. Ex his verò quicquid violenter urgebat, aut statim è medio tollebat, aut prorsus nihil conferebat. Papulae parvæ, quæ nec satis pro dignitate morborum excretioni respondebant, sed contrà celeriter disparebant, aut aurium tumores oboriebantur qui sensim, & sine ullâ significatione evanescebant. Nonnullis ad articulos præcipueque ad coxendicem decumbebant, paucis decretoriè desinebant, sed celeriter rursus pristinum habitum assequebantur.

10. Ex quovis autem hominum genere interribant quidem, atque ex his plurimi pueri jam à lacte depulsi, iisque quibus ætas paulùm processerat, octennes aut decennes, nec dum etiam puberes.

ταχὺς. Εγίνετο δὲ τάχιοισι ταῦτα, ὅκ αὐτὸς  
ἢ ταρθτῶν γεγενμένων· τὰ δὲ ταχῖτα πολ-  
λοῖσιν, ἄνδει τατέων. Μάνον δὲ χρητὸν καὶ μέ-  
μιτον τοῦ γινομένων Σημάων, καὶ πλείστης ἐρρύ-  
σατο τὸ ὄντων ὅπῃ τοῖσι μεγίτοισι κινδυνώσιν, 5  
οἷσιν ὅπῃ τὸ τεραγγελεῖδες ἐτελέπετο, καὶ ἐσ τε-  
το διποτάσιες ἐγίνοντο. Ξαπέπιπλε δὲ καὶ σὺ  
τοῖσι πλείστοισι τὸ τεραγγελεῖδες τῆσιν ἡλικίους  
ταύτησι γίνεσθαι μάλιτα. Εγίνετο δὲ καὶ τὸ ἄλ-  
λων πολλοῖσιν ὀρθοτάδια, καὶ ὅπῃ τοῦ νιστημάτων. 10  
Ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τάτοισι  
ταίτων ἐγίνετο· κοιλιαὶ τε γδ, εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυ-  
γραψόμεναι, κακούθεα πρόπον ταχὺ ξαπίταντο·  
γένημασι τε ταῖσιν ἡδέως ἔχον· οἵτε πυρετοὶ  
πρητεῖς μτὶ ταῦτα. Χεύνια δὲ τατέοισι τὰ 15  
πλει

puberes. Atque ista quidem his non sine su-  
periūs descriptis, multis verò superiora absque  
his contingebant. Quibus autem ad urinæ dif-  
ficultatem res tota se converterat, in eamque  
humorum secessus fierent, iis hoc unum utile  
omniumque efficacissimum signum fuit, quod  
etiam plerosque omnes ab imminentī maximo  
discrimine vindicavit. Accidit verò plurimis  
urinæ difficultatem potissimumque his ætatibus  
fieri, itemque aliis multis, qui etiam in mor-  
bis erecti obambulabant. Hic quoque subita  
quædam & magna omnium mutatio aderat.  
Alvos namque si contigisset fusas fuisse, ex  
confestim pessimè cogebantur, & ad omnes ci-  
bos alacres erant, posteaque placidæ febres ten-  
tabant. Verùm quæ ad urinæ difficultatem

πολὶ τὸ γεγονότι, καὶ ὅπονα τοῦ. Οὐρα δὲ τυτέοισιν ἡδὲ πελλὰ, παχέα, καὶ ποκίλα, καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπινα μετ' ὄδηνσι. Περιεχόντο δὲ πάντες ὅτοι, καὶ θεραπεύονται τυτέων οἵδα δύο  
θαυμάτων.

II. Οκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμένος τὸ απίοντων πάντας πάντοθεν ὅπικαιρίας, ἥκαλας καὶ κερσίμες δύοτάσιας, Σκοπέεας. Πεπασμένη ταχυτῆτα κείσι<sup>θ</sup>, καὶ ἀσφαλίου ὑγιεινοῦ Σποράδων σπονδών. ὡμὰ δὲ καὶ ἀπεπτία, καὶ ἐσ κακὰς δύοτάσιας πρεπήμενα, ἀκερσίας, ἥ πόνος, ἥ χερνας, ἥ δανάτας, ἥ τὸ ἀντῶν ὕποπτοφάς. Ο, τι δὲ τυτέων ἔτι μάλιστα, Σκεπέοντες ἢ οὐδέποτε.

Λέγειν

specabant, ea his diuturna & molesta fuere, urinæque copiosæ, crassæ, & variantes & rubræ, partimque cum dolore purulentæ. Atque hi omnes superstites evasere, neque eorum quenquam interiisse cognovi.

III. In quibus verò casibus nullum periculum suspectum est, eorum quæ exeunt maturationes omnes, num undique tempestivè procedant, considerandæ sunt. In quibus etiam num abscessus bono sint, aut cum judicatione fiant videndum est. Concoctiones judicationem brevi fore, & certam salubritatem portendunt. Cruda verò & incocta, quæque in malos abscessus vertunt, aut judicationis cessationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem reverstiones significant. Horum autem quodcumque maximè futurum sit, ex aliis considerandum. Summâ curâ an-

niti

Λέγειν τὰ ωργιώμενα, γυνώσκειν τὰ παρεόντα,  
ωφλέμειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾶν ταῦτα. Ασ-  
κεῖν τῷ τὰ νεστίματα δύο, ὀφελέειν, ἢ μὴ  
βλάπτειν. Η τέχνη θάψαι πειῶν, τὸ νεστίμα, ὁ  
νοσέων, καὶ ὁ ἵππος· ὁ ἵππος, ψηφίζεται τὸ τέχ- 5  
νης. Στεναντιθάδες τῷ νεστίματι, ἢ νοσεῦντα μῆτρα  
τῷ ἵππῳ χρή.

12. Τὰ τῷ κεφαλῶν καὶ τεράχηλον ἄλγη  
ματα καὶ βάρεα μετ' ὄδων, ἀνδρὸς πυρετῶν, καὶ  
Σωτῆρος πυρετοῖσι. Φρενιτικοῖσι μὲν σασμοὶ· καὶ 10  
ἰώδεα ἐπανεμέθσιν· ἔνιοι ταχυθάνατοι τάτων.  
Ἐν καύσοισι δὲ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν,  
οἵσι μὲν τεράχηλοι πόνοι, καὶ κερτάφων βάροι,  
καὶ Σκοτώδεα τῷ τὰς ὄψιας, ἢ καὶ σπον-  
δεῖοι ἔπιτασις οὐ μετ' ὄδων γίγνεται, τετέοισιν 15  
οὔμερραγέδ

nisi oportet, ut præterita enarres, præsentia cognoscas, & futura prædicas. Duoque ista elaboranda sunt, ut in morbis commodes, aut ne quid offendas. Artem tria ista circumscribunt, morbus, æger, & medicus, qui artis est administer, ægrumque oportet unà cum medico morbo reluctari.

pleretur. Ergo si medicus, hisce nimium frētus oraculis, mortem in diem septimum pronunciasset, culpæ veniam impetrare meruisset, cum tantillum a scopo aberrasset. Bene quidem esset medicorum gloriæ, si tales quotidie objicerentur errores; pulchrum quidem esset sic cum Hippocrate errare. Sed nec Hippocrati, nec vestigia ejus prementi, falli conceditur; nam qui præceptorum generalium meminit, facile intelligit, cur ægrotus diem septimum superare debuit. Non inficias eo, quin ex generali signorum natura die quarto comparentium, mors die septimo expectanda esset; & raro admodum tam firmâ basi instituta præfagia medicum elidunt. Hæc verò absolutè vera esse nemo doctrinâ Hippocraticâ versatus, proferre audebit, contrarium quando afferit ipse (10), omnium quot quot fuere prædicendi peritissimus: Signa etenim cuncta, quæ vel mortem vel salutem promittunt, quibusdam finibus terminantur, quos ultra citraque prædictiones instabiles admodum evadunt. Scilicet cum vita vel mors præfigitur, hujusmodi fere ubique reperias annexas conditiones; septimo judicatio continget (11), si cætera sint pro ratione morietur (12), si non omnino aut ex optimis signis aliquod accedit, aut corporis vires adfint, &c. i. e. mors vel morbi crīsis tali die continget, ni quid ex bonis vitam producat, vel ex malis mortem acceleret. Hac lege, medicus die quarto mortem in diem septimum pronunciasset, nec minus legitimè die quinto mutanda esset sententia, ob insignem rerum mutationem quæ tunc inciderat; omnes nempe mutationes in morbis quæ non in prava mutantur,

mutantur (13), profunt, & morbi longitudinem significant (14); sed quæ coram contigit mutatio, non solum non prava, sed & laudabilis quidem censenda est. Nam die tertio & quarto dejectiones erant tenues, subnigræ; quinto verò, biliosæ, puræ, læves & pingues (15), quæ nigris & aliis lethalibus diuturniores sunt. Mutatae sunt etiam urinæ; die primo, erant nigræ, cum nigro sedimento; die secundo, nigræ; die tertio & quarto, turbidæ & nigræ; sed quinto, pro nigris, turbidis, & subnigris, tenues & pellucidæ evasere; satis superque quidem malæ, sed non, ut prius, lethales, mortis nempe dilationem aliquam præ se ferentes (16). Hodie etiam ad se rediit qui hucusque phreniticus fuerat; en aliam in melius mutationem! quæ omnia longiorem vitam, minimè verò salutem promittunt; tales enim mutationes inconstantes sunt & ægrè judicant (17). Legibus Asclepiadum, à morte die septimo impendente ægrotum nostrum vindicavimus: Investigandum restat, ad quem diem differtur supplicium; ampliatur enim reus, non absolvitur. Die octavo, nova & lethalia symptomata oriuntur, viz. sudor frigidus (18), & papulæ rubræ abscessum non facientes (19); quæ cum die nono pariter affligebant, mortem die undecimo indicabant. Sed cùm omnia signa die septimo lethalia erant, & nova insuper die octavo ejusdem prosapiæ accesserant, cur superavit ægrotus diem nonum, qui inter criticos numeratur? Respondet medicorum princeps, si quis in febre continua die quarto & septimo maximè affligatur, & non judicatus fuerit, undecima plerumq; perit (20); i. e. si accessiones

sint hisce diebus vehementissimæ, die undecima vel liberatur ægrotus, vel succumbit. Silenus autem hisce diebus maximè affligebatur, & si undecima judicandus fuisset, die nono signa salutaria sese in conspectum dedissent. Sed pro salutaribus, exitiosa erant pleraque; ergo pro judicatione vel crisi exitium occupat. Reclament litigatores, si signa lethalia die impari exorta & permanentia non semper die proximo judicatorio mortem ratam faciunt; errabit sæpe medicus, cuius præfagia tam instabili fundamento nituntur. Nequaquam, nam & hanc quoque nubem radii Hippocratici dissipant. Omnes enim dies impares non sunt in unaquaque febre critici; sed illi soli, qui periodis vel circuitibus febrium coincidunt. Ex. gr. In febribus quarum periodi sunt ternariæ, i. e. quæ tertio quoque die exacerbantur, omnes dies impares sunt critici; sed in quibus exacerbationes quarta quaue die dominantur, non omnes dies impares, sed quidam solummodo judicatorii sunt, viz. 7. 11. 17. at 3. 5. 9. 13. 15. non omnino in his morbis judicatorii sunt, quoniam in febribus quarum periodi sunt quaternariæ, exacerbationes hisce diebus non contingunt. Ergo nec judicaciones, nam ex exacerbationibus judicationes cognoscuntur (21), i. e. quo ordine dierum exacerbationes, eodem ordine & jure judicaciones contingunt. Si tertio quoque die febris exacerbatur, in uno aliquo horum tertiorum judicabitur; sin autem quarto quoque die exacerbatur, in uno aliquo horum judicabitur. Ergo monet Hippocrates, ut dies per ternarios & quaternarios animadvertiscas (22), & tunc

tunc non latebit nos, quo inclinat morbus; constat autem in hoc ægroto, exacerbationes vel paroxysmos quaternarios fuisse. Quamvis enim prima exacerbatio die tertio invasit, cùm tamen & quarto die perduravit, quaternaria quoque censenda est. Sed cùm proxima exacerbatio non ante diem septimum invaluit, tunc vere quaternaria devenit. Si enim ternariæ fuissent accessiones, tum dies quinta exacerbatoria fuisset; sed vice exacerbationis, omnia eo die, & ad septimum usque, leviora fuerunt. Ergo undecimo supremum diem (naturæ scilicet & Hippocrati debitum) ægrotus obiit.



### ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΠΝεῦμα—μέγα  
δὲ ἀναπνεόμε-  
νον, καὶ Διὰ τὸλλά  
χεύν, προφεροσών  
δηλοῖ.

2. Γλῶσσα—οὐ δα-  
σεῖα κατάξει, φρε-  
νίκαι.

3. Ἡ γῆ ὅποις  
τε καὶ πόνων ἀγρυπνιη,  
ἢ προφεροσών ἔται από-  
τετέσ τῷ Σημείῳ.

4. Οἱ

1. **S**piritus---qui ve-  
rò magnus respi-  
ratur, & per longum  
tempus, delirium in-  
dicat. Prænot. S. 4.

2. Linguæ---asperæ  
& resiccatæ, phreniti-  
cæ sunt. Co. S. 2. No.  
150.

3. Aut enim præ  
dolore & afflictionibus  
vigiliæ adsunt, aut de-  
lirium aderit ab hoc  
signo. Prænot. S. 4.

I 2

4. Juxta

4. Οἱ κατὰ κοιλίν  
ἐν τυρετῷ ταλμῷ, ἐκ-  
τάσιας ποιέσσιν.

4. Juxta ventrem in  
febre palpitationes,  
mentis emotiones in-  
ducunt. Co. S. 2. No.  
269.

5. Κεφαλῆς δὲ ὁδῶν  
αἰχμεῖ τε, καὶ σω-  
χέες ξύνι τυρετῷ, ἦν  
μήτρα τι τὸ θάνατον  
Σπηλαιῶν προσβίσιοι, ο-  
λέθειον κάρη.

5. Capitis dolores  
fortes & continui cum  
febre, siquidem lethali-  
um signorum quid  
accederit, valde sunt  
perniciosi. Præn. S. 22.

6. Τεάχηλος σκλη-  
ρὸς καὶ ἐπώδυνος  
ολέθειον.

Τεάχηλος τόνος κα-  
κὸν μήτρας ἐν ταντὶ τυ-  
ρετῷ, κάκιστον δὲ οἴσιν  
εκμανῆναι ἐλπῖς.

6. Collum durum &  
dolens, perniciōsum  
est. Co. S. 2. No. 196.

Colli dolor malum  
quidem in omni febre,  
peccatum autem in his  
quibus timor est ut in-  
faniant. Prædict. S. 9.

7. Όλέθειον δὲ ἔστι  
τὸ ψεύτην τοτε μέλαιναν  
τὸ ψύστασιν ἔχον, καὶ  
τὸ μέλαν.

7. Perniciosa est uriti-  
na nigra, nigrum ha-  
bens sedimentum. Co.  
S. 5. No. 31.

8. Ἐν καύσω κοιλί-  
καταρρυγεῖσα, θάν-  
ατην.

8. In febre ardente  
si alvus affatim erupe-  
rit, lethale. Co. S. 1.  
No. 182.

9. Η μήτρα μέλαινα  
ψάχωρεσις, θάνατον  
Σπηλαιεῖ.

9. Nigra alvi ege-  
stio, mortem signifi-  
cat. Viēt. Acut. P. 307.  
S. 48.

10. Τῶν οξέων νε-  
σπράτων εἰς τάμπαν  
ασφαλέσσει

10. Acutorum mor-  
borum non in totum  
certæ

ασφαλεῖς αἱ προδράμο-  
ρεύσιες, ὅτε τὸ Σαβά-  
το, ὅτε τὸ ὑγιέins.

II. Ἡν δὲ τετάρτη  
τῇ ἡμέρᾳ ὄμοιον εἶχε τι  
τῷ ἀντῶν τάτων, κιν-  
δυνώδης ὁ κάμπων γί-  
νεται.

12. Τῆσι δὲ ἐν αρ-  
χῇσι τῷ παρετῶν, ἦν  
τε πρόσφεστων ἔπιγρή-  
ται, ἢν τὲ ἀπόπλεξις τῷ  
μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸ  
ἄνθεψιον ἀπολλύμενον,  
ἢν μὴ παντάπασιν ηὕτη  
καλλίσων τι Σημεῖων  
ἔπιγρήται, ηὕτη Σώματος  
ἀρέτη παντεύηται.

13. Αἱ μεταβολαὶ  
ώφελέσιν, ἢν μηδὲν πο-  
νεῖ μεταβαλλοῦσι.

14. Καὶ ἕκας ἐν ὅλω  
τῷ Σώματι μεταβο-  
λαὶ, καὶ ἢν τὸ Σώμα  
καταψύχῃ, ηὕτη ἀυθις  
περιμαίνῃ, ηὕτη χεῶν  
ἔτερον ἢξετέρος γίγνη-  
ται, μηκότερος οὐσία Ση-  
μεῖος.

15. Τὰ

certæ sunt prædictio-  
nes, neque mortis, ne-  
que sanitatis. Aph. S.  
2. No. 19.

11. Si quarta dies  
habeat quid simile ter-  
tiæ ex iisdem illis, æger  
in periculo versatur.  
Vict. Acut. P. 307.  
No. 175.

12. In principiis fe-  
brium sive delirium ac-  
cesserit, sive alicujus  
membri syderatio, pe-  
riturum esse hominem  
sciendum est, si non  
omnino aut ex optimis  
signis aliquod accedit,  
aut corporis vires ad-  
fint. Prædict. L. 2. S.  
23.

13. Mutationes pro-  
funt, nisi ad prava mu-  
tentur. M. Pop. L. 2.  
S. 2. P. 690.

14. Et ubi in toto  
corpo mutationes, &  
si corpus perfrigere-  
tur, & rufus calefiat,  
aut color aliis ex alio  
gignatur, longitudi-  
nem morbi significat.  
Aph. S. 4. No. 40.

15. Alvi

15. Τὰ τοικίδα ὑποχωρήματα χερνιώτερα μὴ τὸ μελάνων, καὶ τὸ ἄλλων θανασίμων παραχωρημάτων, θδὲν δὲ θαυμονόλεθρα.

16. Ἐν τοῖσι τυρετοῖσιν, ἐάν μεταβολὰς ἔχῃ τὸ θέρον, χερόνον Κυμαῖνδ.

17. Δύσκελα καὶ αἴεῖσαι τὰ τοιαῦτα.

18. Ψυχερί ιδεῖστες ξών μὴν οὖτε τυρετῶν, θανασίμοι.

Οἱ ιδεῖστες — κάκιτοι δὲ οἱ ψυχερί τε, καὶ μάνον τοῖς τὸ κεφαλής τε, καὶ τὸ πρωτόπον γινόμνοι, καὶ τὸ ἀνχένα. Οὗτοι γένος μὴν οὖτε τυρετῶν, θανατον τῷ προστημανθοι. Εἴη δὲ πρηστέρω, μῆκος, νάσος. Καὶ οἱ κατὰ τὸν τὸ Κύμα ὠσαύτων γινόμνοι τοῖσι τοῖς τὸ κεφαλής.

19. Οἰσιν

15. Alvi egestiones variæ, diurniores sunt nigris & aliis lethibus egestionibus, nihilo verò minùs perniciosa. Judicat. S. 7.

16. In febribus mutationes si habuerit urina, diurnitatem significat. Judicat. S. 7.

17. Ægrè judicant & inconstantes sunt tales, viz. urinæ. Judicat. S. 7.

18. Sudores frigidi cum acuta quidem febre, lethales sunt. Judicat. S. 8.

Sudores ----- frigidi quidem pessimi, & qui solum circa caput & faciem fiunt & collum. Hi enim cum acuta quidem febre, mortem significant; cum mitiori verò, longitudinem morbi. Et qui per totum corpus fiunt, similiter his qui circa caput. Prænot. S. 5.

19. Qui-

19. Οἰσιν ἐν Συέ-  
χεσι φλυζάκια κατὰ  
τῶν τὸ Σῶμα ἐκφύδ,  
θανάσιμον, μηδὲ γινε-  
μένες πυρεῖς δότος-  
μαί.

20. Συεχθεὶς δὲ πυ-  
ρετῷ εαν τελαρίᾳ  
πονέει, καὶ ἐβδομῆι,  
καὶ μηδὲν εὐδεκα-  
τῆι ὀλέθρῳ ὡς τὰ  
πολλὰ.

21. Περὶ τὰς ἀρχὰς  
Σκέπτεον τὴν νόσων, εἰ  
ἀντίκα αἰνθεῖ. Δῆλον  
δὲ τῇ δημόσῃ, τὰς δὲ  
δημόσεας τῆσι πει-  
δοῖσι. Καὶ αἱ χρίσιες  
ἐντεῦθεν δῆλοι, καὶ τοῖ-  
σιν ἐν τῆσι πειδοῖσι  
παρεξυσμέναι.

22. Ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ  
τῆς περιττῆς ἡμέρης σύθι-  
μέεις, καὶ καθ' εκάτην  
τελεάδα προτιθεμένην  
σκέπτεαι, καὶ εἰ λίσει  
ἀπηγένεται τὸ νέστημα.

19. Quibus in febri-  
bus continuis pustulæ  
per totum corpus e-  
rumpunt, lethale est,  
si purulentus abscessus  
non fiat. Co. S. 1. No.  
163.

20. In febre conti-  
nuâ si quis quartâ die  
& septimâ affligatur,  
& non judicatus fuerit  
undecimâ plerumque  
perit. Judicat. S. 8.

21. Circa principi-  
um morborum consi-  
derandum, an statim  
floreant. Clarum au-  
tem hoc fit ex incre-  
mento, incrementum  
autem ex circuitibus.  
Et judicationes hinc  
quoque manifestæ fi-  
unt, itemque ex ex-  
acerbationibus in circu-  
itibus. M. Pop. P. 686.

22. Verūm à primo  
die considerare oportet,  
& prout singuli  
quaternarii adduntur  
animadvertere, & non  
latebit quo vertetur  
morbus. Prænot. S. 20.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

26. **H**ροφῶντι πυρετὸς ὄξὺς. Απὸ κοιλίας  
οὐλίγα, τενεσμόδεα κατ' ἀρχὰς.  
μῆτρὶ δὲ ταῦτα λεπτά διῆδι, χολώδεα ὥστουχνα.  
ὑπνοι δὲ σκοτιῶσαν· θερα μέλανα, λεπτά. Πέρι-  
πη, περιποιήσασις· παρωξύσθη πάντα· παλίν  
ἐπηρθη· ὥστονδείς ξύντασις· ἀπὸ κοιλίας οὐλί-  
γα, μέλανα διηλθε· παρεφεύνησεν. Εκτη, ε-  
λήρεις· εἰς νύκτα ιδεύσις· ψύξις· ληρῷ παρέμδυ-  
τος. Εεδόμη, πελέψυκτο· διψώδης· παρέκ-  
ρασεν· εἰς νύκτα κατενόδι· κατεκοιμήθη. Ογδιη,  
ἐπύρεασε·

## ÆGER TERTIUS.

26. **H**erophontem febris acuta prehendit,  
alvus circa initia pauca, & cuiusmo-  
di in crebrâ & inani egerendi voluntate solent,  
demisit, deinde verò tenuia, biliosa & copio-  
sa. Somnum nullum capiebat, urinæ nigræ  
& tenues erant. Quinto die, mane surditas ob-  
venit, exasperata sunt omnia, lien sublatus in-  
tumuit, cum præcordiorum contentione, ex  
alvo pauca & nigra percurrebant, desipuit. Sexto,  
delirabat, sub noctem sudor obortus  
est, frigus, delirium perseverabat. Septimo,  
corporis summa perfixerunt, siticulosus fuit,  
deliravit, sub noctem ad mentem rediit, dor-  
mivit. Octavo, febricitavit, lien imminueba-  
tur,

ἐπύρεος· ταλαιψία ἐμειώτο· κατενόφ τάντα· οὐλέ  
βησε κατὰ βαθῶνα· ἐπαρμα τὸ πεφτον ταλαι-  
ψίας κατ' ίξιν, ἐπειδα οἱ τόνοι εἰς ἀμφοτέρας κυ-  
μας· τύκτα μύφορες· θερα δύχράτερες, ψαύτα-  
σιν ἔχε σμικρής, λαμπταί· Ενάτη, ιδεωσεν· 5  
ἐκρίθη· διέλιπε. Πέμπτη, ψαύταρεψεν· αὐτίκα  
δι ταλαιψία ἐπήρθη· τυρετός οὖσ· κάφωσις τά-  
λαιψ. Μετά δὲ τὴν ψαύταρφη, τείτη, ταλαιψία  
ἐμειώτο· κάφωσις θορον· σκέλεσ επωδύνως· τύκ-  
τα ιδεωσεν. Εκρίθη ἐπακαδεκάτη, άδε τα· 10  
ρέκρυθεν έπι τῇ ψαύταρφη.

tur, prorsus ad intelligentiam rediit. Ad in-  
guen doluit, primumque ei tumor subortus  
est, quā lieni ē directo respondebat, deinde  
dolor ad utramque tibiam transiit, nox facilis,  
urinæ melius coloratæ, in quibus quædam al-  
ba subsidebant. Die nono, sudore oborto  
morbus decrevit, intermisit. Quinto pōst re-  
versus est die, simulque lien in tumorem subla-  
tus est, febris acuta, rursusque surditas. Ter-  
tio post recidivam die imminuebatur lienis tu-  
mor, minorque surditas erat, dolor crura in-  
vasit, noctu sudore oborto ad decimum septi-  
mum diem judicatus est, neque in morbi re-  
versione deliravit.

## DEMONSTRATIO.

**S**Æpius demiratus sum Galenum, medicum maximè Hippocraticum, & in ejus doctrinâ versatissimum, affirmâsse hunc ægrotum præter spem superstitem fuisse, i. e. contra fancitas præsagiendi leges mortem evasisse. Næ ille haud advertit, quam temerè mendacii infamiam oraculis inussit Hippocraticis, quæ ipse toties & pro meritis divina prædicat; horum enim suffragiis morti damnatus nullus unquam reus evasit. Cùm tantorum ergo viorum nomina periclitantur, viz. vel universa Asclepiadum familia, vel Galeni sagacitas; quod veritas, quod pietas suadet, Hippocrati, medicinæ parenti, succurrendum est: Ostendendo suum illibatum remanere præsagiis honorem, altum verò dormivisse Pergamenum, quem tamen summum in medicina virum quivis doctus & probus confitebitur.

Si clinice curâisset hunc ægrotum Galenus, proculdubiò aliter sensisset, nec sub salutari bus adeò signis militantem pro desperato habuisset. Sed in hoc deceptus, quantumvis alias acutus, animum ad symptomata quæ ab Hippocrate referuntur solum adhibuit; quæ verò inculpata, & idcirco intacta relinquuntur, neglexit; lethali scilicet in urina signo perterrefactus, illæsam respirationem (quoniam non commemorabatur) parùm videbat. Illæsam autem fuisse respirationem patet, quòd (sicut in antecedentibus ægrotis) non culpatur, neque alia recensita symptomata affectam respirationem

spirationem ullo modo supponunt. Nullus quippe colli, capitis, laterum, ventriculi, vel hypochondriorum dolor ante diem quintum adfuit; in primis ergo diebus nullum præter urinas nigras lethale signum exsttit. Ad mortis verò prædictionem non sufficit unum aliquod lethale signum, nisi cætera eodem vergunt; jubemur itaque in morbis acutis omnia signa perpendere (1), & eorum vires inter se conferre, ut quid sit futurum ritè prænoscamus. Urina nigra signum simpliciter lethale dicitur, respiratio autem bona est signum maximè salutare (2); hucusque igitur vis vitæ æqualis saltem, si non superior, fuit morbo; ideoque nil aliud medico præsagiendum, quam nec crisi nec mortem die septimo expectandam fore: Non crisi, quia signa coctionis non præcessere; non mortem, quòd signa salutaria & lethalia æqualia fuerunt. Fallitur ergo Galenus, cùm ex insperato superstitem fuisse ægrotum contendit; sortes enim Hippocraticæ non nisi ancipitem fore morbi exitum, acremque inter vitam & mortem luctam exorituram haec tenus denunciant.

Quinto infertur bellum die præcedenti indictum, & paribus instructi copiis hostes currunt; in quem verò propendeat victoria, medici est statuere. Primum fecit impetum animosus morbus aures statim occupans, ibique magno cum tumultu castra ponit: Interritæ verò vitales copiæ eodem ipso die vim vi repellunt, hostilis exercitus partem non contemnendam in fugam vertunt, & ad lienem usque à capite detrudunt; quo pacto relictæ turmæ minori cum negotio ad extrema usque

imperii, viz. inguina & tibias secedere coguntur, & tantoperè confractæ sunt morbi vires, ut nil magni in posterum ausus sit, sed leviter quasi velitando copias seduxit.

Ex dictis patet, vim vitæ morbo saltem ab initio æqualem fuisse; die quinto autem superiorem, ad splenem abscessus demonstrat. Qui, quamvis inter optimos non sit, bonus tamen habendus est (3), & impetum morbi caput patientis aliquantulum coercuit. Sed nec litem diremit optimus ille diei octavi abscessus, infra ventrem & quam remotissimus a morbo. Egregios autem habuit effectus, delirium fugavit, somnum conciliavit, urinas purgavit, & crisiñ die nono cum febris intermissione excitavit. Decimo quarto verò revertit, quoniam plenæ coctionis signa judicationem non præcessere (4); sed de recidivâ bene sperare decet, quod neque urinæ nigræ, nec delirium revertuntur; & ad splenem abscessus cavet, ne quid mali renovata surditas produceret. Quo verò die perfecta crisis futura sit, lectori non constat; quod status cruditatis vel coctionis post recidivam non indicatur. Ex incepta tamen die octavo coctione, verisimile est die decimo quarto perfectæ coctionis vestigia extitisse.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. **X**RH δὲ τὸ μέλλοντα ὁρθῶς περιγινώσκειν τὰς αἰτίας οὐδέποτε, καὶ τὰς διάθαντικές, ὅσοισι τε ἀν μέλληται λεόνας ἡμέρας πένθεμένειν τὸ οὐσικα, καὶ ὅσοισι ἀνελασθεῖσι, τὰ Σημεῖα εκμανθάνοντας πάντα διώδεις κείνειν, λογιζόμενον τὰς διωδειμένας πέρις ἀλλήλας, ὥστε γε θεατέρων.

2. "Ευπνοιαν δὲ χρήν νομίζειν κάριτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην τὸν ἄπασι τοῖσι ὅξεσι ναργύμασι, ὅσα εὖ περιεστοῖσι ἔτι, καὶ τὸν τεοταράχοντα ἡμέρησι κείνειν".

3. Ἀποτάσσεις---χρητικὴ δὲ αἵ κατωτέρωσθε, οἵ κιρσοί, ὅσφυτοι βάρεαι ἐκ τοῦ ἀνω. "Αειταὶ δὲ μάλιστα αἵ κατωτάτω

1. **Q**UI verò rectè prænoscere volunt & superstites futuros, & morituros, & quibus per plures dies, & quibus ad pauciores morbus duraturus est, eum signa omnia ediscere, & judicare posse convenit; ita ut vires ipsorum inter se conferendo expendat, quemadmodum scriptum est. Prænot. S. 26.

2. Oportet autem existimare bonam respirationem magnam vim habere ad salutem in omnibus acutis morbis, qui cum febribus sunt, & in quadraginta diebus judicantur. Prænot. S. 4.

3. Abscessus---boni autem sunt, qui infra morbum sunt, velut varices, lumborum gravitates ex supernis. Optimi verò potissimum

τάτω κοιλίν, καὶ περ-  
σωτάτω ἀπὸ τῆς σε.

4. Όμδε δέ, καὶ ἄ-  
πεπτα, καὶ ἐσ κακὰς  
θλοῦσις, πρεπόμενα,  
ἀκρισίας, ή τόνυσ, ή  
χεύνης, ή σανάτης, ή  
τῆς ἀντῶν ψυχοφάσ.  
Οτι δὲ τατέων ἔσαι  
μάλιστα, σκέπτεον δέ  
ἄλλων.

mum sunt inferni &  
longissimè infra ven-  
trem, & remotissimi à  
morbo. M. Pop. P. 687.  
No. 50.

4. Cruda verò, & in-  
concocta, & in malos  
abscessus conversa, aut  
acrisias, aut dolores,  
aut diuturnitatem, aut  
mortem, aut eorundem  
recidivas. Quod ve-  
rò ex his potissimum  
futurum sit, ex aliis  
considerandum est. M.  
Pop. P. 661. No. 90.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

27. ΕΝ Θάσῳ Φιλίνη γυναικα, θυγατέρα τεκνῶν, καὶ κατὰ φύσιν καθάρσιον γυνομήνης, καὶ ἄλλα κάθφως θάλαγγαν, τεωσαρεσκαιδεκάτης ἔζεσταν μὲν τὸ τόκον, πᾶντος ἐλαχεῖς μὲν ρίγες. Ηλγεε δὲ αρχομήνη καρδίλη, καὶ ωστρούνδειον δεξιόν· γυναικείων πόνοι· κάθαρσις ἐπαύσατο· περιθεμήνη δὲ, ταῦτα μὲν ἐκφίδη. Κεφαλῆς δὲ, καὶ τεραχήλως, καὶ ὀσφύς πόνοι παρέμμυον· ὑπνοι δὲ ἐνησταν· ἄκρεα φυκεῖ· διψώδης· κοιλίη ἔωσεκαύθη· Συκεὰ διῆς

## ÆGER QUARTUS.

27. PHilini uxorem in Thaso, quæ filiam pererat, cùm ex naturæ præscripto purgationes procederent, cæteraque leviter haberet, decimo quarto post partum die, ignis, hoc est, febris vehementissima, cum rigore prehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit & præcordiorum dextrorum, locorum muliebrium dolores, purgatio defecit. Ex subdito autem pessō ista quidem allevata sunt, capitis verò & cervicis lumborumque dolores perseverabant, somni non aderant, extrema frigida, sitibunda erat, alvus adusta pauca demittebat. Urinæ tenues, & per initia

διῆς, οὐδεὶς λεπτὰ, ἄχεσα κατ' ἀρχάς. Εκταῦ  
ἐσ τύκτα παρέκρυσε πολλὰ, καὶ πάλιν καλε-  
νόφ. Εβδόμη, διψώδης· θλαγχωρίματα χολώ-  
δεα, κατακορέα. Ογδόη, ἐπερρίγωσε· πυρε-  
τὸς ὁξύς· πασμῷ πολλοῖ, μᾶς πόνος· πολλὰ  
παρέλεγεν. ἔξανταί τοι βάλαινον πλομβεμήπο.  
Πολλὰ διῆλθε μᾶς πειρρός χολώδεσσος· ὑπνοι  
άπει στάν. Ενάτη, πασμῷ. Δεκάτη, Συ-  
κεψα καλενόφ. Ενδεκάτη, ἐκοιμήθη· πάντων ἀ-  
ιονεμνήση, ταχὺ δὲ πάλιν παρέκρυσεν. Ουρδ  
δὲ μᾶς πασμῷν αἴθρον, πελλὺ, ὀλιγάκις ἀνα-  
μιμησκόντων, παχὺ, λεπτόν· οἵ γινεται ἐκ τούτων  
καθιταρδύων, ὅταν ἀναλαεχθῇ κέιμησον πελλώ  
χεύον.

tia decoloris. Sexto die ad noctem multum deliravit, rursusque ad intelligentiam rediit. Septimo fiticulosa, dejectiones biliosae, in plenum & affatim coloratae. Octavo, novo rigore suborto febris acuta prehendit, convulsiones multae non sine dolore, multum deliravit. Glande subditâ ad desidendum exsurrexit, multaque prodierunt cum bilioso affluxu. Somnum capere non poterat. Nono convulsiones, decimo aliquantulum mente constabat, undecimo dormivit, omnia in memoriam subierunt, sed statim rursus deliravit. Convulsa autem urinam confertim multam reddidit, raro ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam (quale quid in subsidentibus urinis visitur, quae longo intervallo in matula depositae & reservatae returnantur) eaque non subsidebant, sed colore

Χεόνον· ἐ καθίσαλο· χεῖμα, καὶ πάχθω ἵκε  
λον οἴ γίνεται παραγία· τοιαῦτα ὅρδε, οἵα κάγια  
ἔσθιον. Περὶ δὲ τεωταρεσκαιδεκάτης ἔθση, παλ-  
μηὶ δι' ὅλες τὸν Κώματον· λόγοι πολλοί· Συ-  
κεῖ κατενόδη, θήσα ταχέων δὲ πάλιν παρέ-  
κρυψε. Περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτης ἔθσα λίγη ἀφω-  
νον. Εἰκοτῆ, ἀπέθανεν.

colore & crassitudine veterini generis urinas  
referebat. Atque istiusmodi fuerunt urinæ,  
quas videre licuit. Ad decimum quartum di-  
em totum corpus palpitationes occupârunt,  
multūm loquebatur, aliquantulūm mente con-  
stabat, sed confessim rursus desipuit. Circa  
decimum septimum voce defecta est, vigesimo  
obiit.



## DEMONSTRATIO.

**N**EC qualis fuerat in hâc ægrotâ respiratio, memoriæ traditum est; ergò pro confesso sumetur, eam pro magnitudine morbi satis integrum fuisse. Nec fieri potest, quin puerpera hæc validis admodùm viribus constaret; delicatula enim gravissimos hosce morbi insultus ad vigesimum diem haud sustinuit. A capite enim ad calcem morbus universum corpus occupavit, cerebrum invasere vigiliæ, sitis fauces exsiccavit, alvus contenta exussit, uterus ab officio cessavit, urina cruda & maligna, & frigore congelantur extrema. Si specifica uniuscujusque diei symptomata singulariter tradidisset Hippocrates, minimè dubitem, quin aliae etiam causæ (præter eas quæ jam supponuntur) reperirentur, cur mulier hæc septimum diem superavit; hoc est, robur corporis quibusdam se manifestasset signis, quæ longitudinem morbi indicassent. Hujusmodi quid ex ipsis urinis hariolari licet, circa initia decolores erant, i. e. omnino pallidæ, nullo colore imbutæ; quæ verò ab initio coloris expertes erant, circa quartum aut quintum diem simpliciter tenues dicuntur, i. e. paululùm quam in principio crassiores. Si medicus Hippocraticus talem in urinis mutationem observasset, morbum ultra septimum productum iri prædicere non dubitasset (1), licet ex alio aliquo signo mortem priùs subodoratus fuisset. Huic quoque conjecturæ favebunt die sexto subita delirii ad resipiscentiam mutatio, &cessus

cessus die septimo biliosi, qui hactenus combusti & pauci excreti sunt. Mutationes autem hæc, quamvis morbi longitudinem significant, non tamen periculum tollunt (2); talia enim alvi excrementsa increascentis morbi signa sunt, & perpetuò damnantur (3). Sed die octavo novus subortus rigor horrendus est, tum quod in phreniticis pessimum signum habetur (4), tum quod inter judicatoria cum æstimetur (5), ne minimum quidem judicavit (6). Vice enim levaminis, morbus sævissimè bacchatur; deliriis quippe, vigiliis, & convulsionibus multis, fretnus & adjutus. Sed ex diris his symptomatis inopinatum gaudium exoritur, viz. die decimo paululum resipiscebat, undecimo dormivit, & omnium recordatur. Lætis & faustis hisce quis è medicorum vulgo non ægrotanti gratularetur, bono esse animo jubens, & rem pulchrè procedere clamans? Vanam autem lætitiam medicus Hippocraticè doctus solus reprehinet, infidis & ὁρελογοῖς hisce quam minimè credulus; probè conscius, quod fluxa & fugacia hæc diu durare non solent (7). Imò mortem potius quam salutem augurabitur, animadvertisens speciosa hæc levamina ex perniciosis signis (8), viz. convulsionibus, & pravis crisibus oriri; & die decimo quarto haud dubie succubisset, ni subita & magna illa in urinis mutatio mortem distulisset. Nam quæ hactenus tenues erant, crassæ jam & magna quantitate prorupere; natura tanto levata onere morbum diutiùs sustinuit, acriterque die decimo quarto pro aris & focus præliando, delirium paululum repulit. Pervicax autem hostis illicò conversus vitæ satellites, instar fulminis, prostravit;

conclamatum itaque esse de ægroto die decimo  
septimo oracula Asclepiadum ubique resonant.  
Convulsionibus (9) nempe cum delirio (10) &  
rigoribus (11) superveniens ἀφωνία, die proxi-  
mo judicatorio vitæ terminum imposuit.

\* \* \* \* \*

### ΠΡΟΤΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΕΝ τοῖσι πυρε-  
τοῖσιν, εάν με-  
ταβολὰς ἔχῃ τὸ δέρν,  
χεόνον Κηραινδ.

2. Δύσκελα καὶ  
ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα.

3. Αἱ ἐς ἄκρυτα τε-  
λευτῶσαν καθάρσιες, σὺ  
πᾶσι παρεξυπίκα.

Τὸ ποικίλον κατα-  
κορὲς θεραπεύμα,  
φλαῦρον.

4. Ρίγη ὅπι τετε-  
ρῖσι, κάκισον.

5. Υπὸ καύσεως ἔχο-  
μένω ρίγη ὅπιγενόμην-  
ον, λύσις.

Καῦση, ρίγη ὅπι-  
γενόμην, λύσις.

6. Τὰ

IN febribus mu-  
tationes si habu-  
erit urina, longitudi-  
nem significat. Judicat.  
S. 7.

2. Ægrè judicant  
& inconstantes sunt ta-  
les, viz. urinæ. Judi-  
cat. S. 7.

3. Meracæ desinen-  
tes purgationes, omni-  
bus quidem exacerbato-  
riæ. Prædict. S. 15.

Alvi egestio varia  
abundè colorata, mala  
est. Co. S. 6. No. 23.

4. Rigor in his (viz.  
phreniticis) pessimum.  
Prædict. S. 2.

5. A febre ardente  
occupato si rigor ac-  
cesserit, solutio fit.  
Prædict. S. 11. Aph.  
S. 4. No. 48.

Febris ardens, rigo-  
re supercedente, sol-  
vitur, Co. S. 1. No.  
188.

6. Ju-

6. Τὰ κείσιμα μὴ  
κείνοντα, τὰ μὲν δα-  
νατωδέα, τὰ δὲ δύσ-  
κειτα.

7. Τοῖσι μὴ κατὰ  
λογὸν καφίζεσιν εἰς δει-  
πιτεύειν, εἰδὲ φοβεῖσθαι  
λίλια τὰ μοχθηρὰ γυνό-  
μηνα περιβάλλοντα. Τὰ  
γένη πολλὰ τὸ τοιωτέων  
ἔξιν ἀβέβαια, καὶ εἰς πά-  
νυ τὸ τραχυμένειν, εἴδε  
κερονίζειν εἴωθε.

8. Τὰ ὄλεθρα αὐτή-  
μως βατωνήσαντα, δά-  
νατον σημαίνει.

9. Αἱ ἐν πυρετοῖσιν  
ἀφωνία, πασμώδεα  
τερέπον εκτάσαι σιγῇ,  
ὄλεθρον.

10. Αἱ μετὰ ἀφω-  
νίας ἐκτάσιες, ὄλεθρα.

11. Αἱ τοῖσιν θηρ-  
ψιγέεσιν ἀφωνία, δανά-  
σιμην.

6. Judicatoria non  
judicantia, partim le-  
thalia, partim difficilis  
judicii. M. Pop. P. 686.  
No. 34.

7. His qui non se-  
cundum rationem le-  
vant credere non oportet,  
neque timere valde quæ præter ratio-  
nem fiunt mala. Mul-  
ta enim horum incon-  
stantia sunt, nec admo-  
dum permanere, nec  
durare solent. Aph. S.  
2. No. 27.

8. Pernicosa sine  
signis levantia, mortem  
indicant. Prædict. S. 6.

9. Vocis intercep-  
tiones in febribus, con-  
vulsorio modo contin-  
gentes, si ad mentis e-  
motiorem cum silentio  
deveniunt, pernicio-  
sum. Prædict. S. 7.

10. Cùm vocis de-  
fectione mentis emo-  
tiones, perniciosa. Co.  
S. 2. No. 177.

11. Vocis defectio-  
nes rigore subinde cor-  
reptis, lethale. Coac.  
S. 2. No. 178.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

28 Ε Πικράτεω γυναικα, η καλέκειο τῆς  
 Αρχιγέτης, τῷ τόκον ἦδη ἐσταν,  
 ῥῆμα ἔλαβεν ἰχνεῦς· ὡς ἐθερμάνθη, ὡς ἔλεγον·  
 5 καὶ τῇ ὑπερεπή τοιαῦτα. Τέτη δὲ, ἐτεκε δυ-  
 γαλέρα, καὶ τὸ ἄλλα πάντα κατὰ λόγον ἤλθε.  
 Δευτέρη μὲν τόκον, ἔλαβε πυρετὸς ὀξύς· καρ-  
 δίns πώνω, καὶ γυναικεῖων. Περιθεμένη δὲ,  
 ταῦτα μὲν ἐκφίδη· κεφαλῆς δὲ, καὶ τεραχήλε,  
 10 καὶ ὁσφύω πώνω· ὑπνοι ἐκ σύνταν. Απὸ δὲ  
 κοιλίης ὀλίγα, χολώδεα, λεπτὰ διῆδι ἄκρητα·  
 15 οὐα λεπτὰ ὑπομέλανα. Αφ’ ἣς δὲ ἔλαμβανε  
 πῦρ, ἃς νύκτα ἐκλαύη παρέκρυψεν. Εβδόμη,  
 πάντα παρωξύνθη· ἀγρυπνω· παρέκρυψε·  
 20 διψάδης· θλαχωρήματα πάντα χολώδεα, κα-  
 τακορέα.

## ÆGER QUINTUS.

28. Ε Picratis uxor, quæ apud Archigeten  
 decumbebat, cum jam partus instaret,  
 vehementi rigore correpta est, nec (ut aie-  
 bant) incaluit, & postridie eadem adfuerunt.  
 Tertio die filiam peperit, cæteraque omnia ri-  
 te atque ordine processerunt. Altero à partu  
 die eam febris acuta prehendit, cum oris ven-  
 triculi & locorum muliebrium dolore. Quæ  
 quidem omnia ex subdito pessō allevata sunt,  
 sed tum capitis, tum cervicis ac lumborum do-  
 lor invasit, neque somni ulli aderant. Ex al-  
 vo pauca, biliosa, tenuia & sincera demisit,  
 cum urinis tenuibus & nigricantibus. Sexto  
 postquam febris corripuit die, sub noctem de-  
 liravit. Septimo, exasperata sunt omnia, cum  
 pervigilio desipuit, sitibunda fuit, ex alvo bi-  
 liosa

τακορία. Ουδόη ἐπερρίζωσεν· ἐκοιμήθη πλείω.  
 Ενάτῃ, οὐχὶ τὸ αὐτῶν. Δεκάτῃ, σκέλεα ἔπι-  
 πόνως ἥλμε· καρδῖας πάλιν ὁδύνη· καρποβαρύ·  
 καὶ παρέκρουσεν· ἐκοιμάτο μᾶλλον· κοιλίη ἐπέ-  
 το. Ενδεκάτῃ, θρησκευόμενος, συχιτών  
 πάστασιν ἔχοντα· διῆγε καφότερον. Τεσσαρεσ-  
 καιδεκάτῃ, ἐπερρίζωσε· πυρετὸς ὀξύς. Πεντε-  
 καιδεκάτῃ, ὑμεσε χολώδεα, ξανθά, πάσσυχνα·  
 πέμψεν απυρῷ· εἰς νύκτα δὲ πυρετὸς ὀξύς· θρε-  
 πάχθω ἔχοντα· πάστασι λίθινη. Εξκαιδε- 10  
 κάτῃ, παρωξύνθη νύκτα, καὶ δυσφόρως· οὐχὶ ἐπ-  
 νωσε· παρέκρουσεν. Οιλωκαιδεκάτῃ, διψώδης·  
 γλῶσσα ἐπεκαΐθη· οὐχὶ ὑπνωσε, παρέκρουσε  
 πολλά· σκέλεα ἐπωδύνως ἔιχε· πᾶν δὲ εικο-  
 στή,

liosa omnia abundeque colorata secesserunt.  
 Octavo, rursus suborto rigore liberalius quie-  
 vit. Nono, iisdem perseverantibus; decimo  
 molestus crurum rursusque oris ventriculi do-  
 lor invasit cum capit is gravitate & absque de-  
 lirio, aliquanto plus dormivit, alyus substitut. Undecimo, melius coloratas urinas cum copioso sedimento reddidit, levius habuit. Decimo quarto, suborto novo rigore febris acuta pre-  
 hendit. Decimo quinto, biliosa, flava, sub-  
 frequentia vomitione refusa sunt, ex sudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, urinæ crassæ, quæ album habebant sedimentum. Quibus decimo sexto ad noctem ingravescen-  
 tibus, molestè habuit, non dormivit, deliravit. Decimo octavo, sitibunda fuit, lingua retor-  
 rida, non dormivit, multum deliravit, crurum dolor infestavit. Ad vigesimum, mane parvo suborto

τέλιον, παρεῖ σμικρὰ ἐπερρήματα· χωματώδης· δι-  
πουχίος ὑπηρωσεν· ἡμεσε χολώδεα, ὀλίγα, μέ-  
λανα· ἐσ τύχα κάφωσις. Περὶ δὲ περίτην καὶ  
εἰκοστήν, πλούτος ἀειτερός βάρος δι' ὅλα μετ'  
5 οὐδύνης· σμικρὰ ἐπέβησεν. Οὐρα δὲ πάχυ  
ἔχοντα, πολερά, πτωχόυθεα· καίμηνα δὲ καθί-  
τατο· τὰ δὲ ἄλλα καφολέψις· ὥκη ἀπυρός.  
Αὔτης δέ αρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως· ἔρδην·  
κίῶν ἀνεπαστρέψαται· ρεῦμα δεμνός, δακνώδει,  
10 ἀλμυρῷδες οὐδὲ τέλεος παρέμψει. Περὶ δὲ  
εἰκοστήν εἴδομέν, ἀπυρός· περιστιν πτωτάσις·  
πλούτον πτωτήγε. Περὶ δὲ τελάρην καὶ τελα-  
κοῖς, πῦρ ἐλάβειο· κοιλίη χολώδεσιν πτω-  
ταράχθη. Ημεσε τῇ τεσαρακοτῇ ὀλίγα χο-  
15 λώδεα. Εκρίθη· τελέως ἀπυρός τῇ ὕγδονκοτῇ.

suberto rigore sopor tenuit, placide dormivit, biliosa pauca, nigra vomuit, sub noctem surditas oborta est. Circiter vero vigesimum primum, sinistrum latus undique gravitas cum dolore occupavit, parvâ insuper subortâ tussi; urinæ crassæ, turbulentæ, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt. Cætera vero levius habuit, neque à febre immunis fuit. Statim per exordia faucium dolor & rubor adfuit, columella contracta fuit, fluxio acris, mordax & salsa ad extremum perseveravit. Ad vigesimum septimum diem, febre libera, urinæ cum sedimento aderant, latus aliquantulum doluit. Ad trigesimum vero quartum febris corripuit, alvum biliosa conturbârunt. Quadragesimo, pauca biliosa vomuit. Octogesimo, iudicatione prorsus est absoluta & febre liberata.

DEMON-

## DEMONSTRATIO.

**H**UJUS & subsequentis ægroti licet ad octogesimum usque diem febris protracta sit, ejus tamen progressum ultra vigesimum (quod & in cæteris omnibus instituti eit nostri) non indagabimus; quoniam nondum experientia satis compertum est, quid valeant dies critici, vel quibus legibus ultra hunc terminum gubernantur. Haud leve tamen quid in re medica veteres præstittere mihi videntur, si præcepta observationibus confirmata tradiderunt, quibus instructi, durationem & mutationes quæ in morbis acutis occurrunt ad vigesimum diem prævidere valeamus. Horum utinam vestigiis recentiores institissent, tum re quidem, non verbis, locupletata fuisset praxis medica, & ad centesimum fortè diem prognosticorum extensus fuisset honos.

Quæcunque hujus febris primis diebus symptomata occurrunt, delirii, vehementiæ, & diuturnitatis signa habentur; capitis dolor cum vigiliis delirium significat (1), quod sexto die comparuit; hisque superincidentes colli dolor (2), & dejectiones puræ (3), permanente etiam dolore capitis (4), morbi vehementiam & periculum notant. Septimo ergo, omnia exacerbata sunt, cum signis etiamnum exacerbandæ febris, viz. dejectionibus biliosis, puris, renovatis. Excretorum tenuitas, i. e. cruditas (5), quæ ad undecimum morbi diem duravit, & frequentes imperfectæ judicationes diuturnitatis insimulant febrem (6). Die oc-

tavo nempe imperfectè judicata est cum rigore, unde melius dormivit. Die decimo alteram judicationem imperfectam, mediante crucrum dolore (7), passa est; dolores enim à morbo remoti, abscessus speciem præ se ferrunt. Hinc ergo delirium cessavit, melius dormivit, & ἀρνεῖται οὐχειώτερα cum subsidentiâ multâ, & melius se habuit. Novo rursus suborto rigore, vomitu & sudore multo die decimo quinto febris judicabatur; quæ citò nihilominùs revertit, quod coctionis signa nondum illuxerant.

Quædam etiamnum in hâc puerperâ illustranda restant, viz. cur post largam in urinis subsidentiam die undecimo, vomitione & sudore die decimo quinto febris non integrè judicata fuit? Respondeo, quoniam urinæ non benè coloratæ erant, dicuntur enim solummodo melius coloratæ; deinde subsidentia erat συχνή, i. e. multa vel continua, non autem alba (8), lævis, & æqualis, quæ perfectæ coctionis notæ sunt. Idem die decimo quinto de urinâ crassâ cum sedimento albo censendum est; prædictæ etenim urinæ non modò non coctæ sunt, sed etiam multum temporis ad coctionem exegerunt, ideòque meritò diuturnitatem morbi præmonstrabant (9).

Si dicatur autem quod coma rigori superveniens die vigesimo sit symptoma maximè metuendum, & quod medentis animum distrahere aptum sit; regeratur, minimè; quoniam prægressa quæque phænomena morbum longum promiserunt. Ergo in tali casu, nullum inopinatum symptoma medicum Hippocraticum terrebit; quoniam non ex uno, sed ex omnibus

omnibus signis conjecturam facere oportet. Sin timido, vel pusillo, hoc minus sufficiat, audiat quid Hippocrates in hoc ipso casu præsagiat. Dicito (ait) his nigrum vomitum expectandum esse (10). Et sanè qui capitis & oris ventriculi doloris in principio morbi non obliviscitur (11), hâc observatione vix indigebit, ut causam vel effectum oborti comatis intelligat.

Incusandum obiter Galenum vel incuriae vel erroris censeo, qui nullum ante undecimum diem signum apparuisse opinatur, unde mors vel vita exspectanda sit; quandoquidem patet post criticum diei octavi conatum, ægrotum melius dormivisse, idem die nono duravit, & decimo post abscessum cruris cum intermissione delirii melius adhuc dormivit. Cùm hæc morbi levamina non contra sed maximè secundum rationem evenerunt, & tres dies continuos durarunt, nequeo non in ea esse sententia, quod firmitatis & virium corporis indicia non ambigua præbentur, nam quæ præter rationem bona emergunt, nec diu durare nec permanere solent.



## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. **K**εφαλαλγίην ἐν  
οξεῖ, — μηδὲ ρυ-  
σνήσις αύματος ἐκ ρινέ-  
ων, ἐσ φρενιτικὸν πάθο-  
τατα.
2. Τεραχηλίς τόνος  
κακόν ἐν τάντῃ τυρε-  
τῷ, κάκιτον δε οἴσιν  
ἐκμανῆναι ἐλπίς.
3. Αἱ ἐσ ἀκρητα τε-  
λευτῶσαν καθάρσιες, ἐν  
ταῖσι ταχεῖσιν.
4. Κεφαλῆς δ' ὄδια  
αὐχενεσὶ τε, καὶ σωε-  
χέες, ξών τυρετῷ, ἢν  
μή τι τὸ θανατωδέων  
Σπυρίων τροφοσίοις, ὀ-  
λέθεον κάρτα.
5. Πεπασμοὶ ταχύ-  
τητα κείσισι, καὶ ασ-  
φαλιών ἐσ ἴγιειν Ση-  
μαίνουσι. Ωμὰ δὲ, καὶ ἀ-  
πεπτά, καὶ ἐσ κακάς ἀπ-  
τάσιας πρεπομένα, ἀ-  
κεισιας, ἢ τόνεις, ἢ χεί-
1. Capitis dolor in  
morbo acuto,  
non profluente sanguine  
ex naribus, ad phrenitidem  
devenit. Co. S.  
1. No. 170.
2. Colli dolor malum  
est in omni febre, pessimum  
verò in his quibus  
timor est ut insaniant.  
Prædict. S. 9.
3. Meracæ definen-  
tes purgationes, omnibus  
sunt exacerbatoriæ.  
Prædict. S. 15.
4. Capitis dolores fortes & continui, si quid  
lethalium signorum accesserit,  
perniciosi valde sunt.  
Prænot. S. 22.
5. Coctiones celeritatem  
judicationis, &  
securitatem sanitatis  
significant. Cruda verò,  
& incocta, & in  
malos abscessus converfa,  
acrisias aut labores,  
aut diurnitatem,  
aut

νεστούς, ή Σανάτας, ή τῷ  
ἀντῶν ψυστροφαῖς. Οτι  
δὲ ταπέων ἐταῖ, μά-  
λιτα Καέπεον δέ αλ-  
λων.

6. Κείσιες δὲ, καὶ  
ἀφέσιες τῷ καῦσον Ση-  
μαγνόντων, μακεότερα  
ηὐθυγάραι.

7. Ἀποστάσιες ηὐθυγάραι  
φλεβῶν, ηὐθυγάραι οὐτέων,  
ηὐθυγάραι, ηὐθυγάραι,  
ηὐθυγάραι δέ αἱ κάτω τῷ  
νεύσε, οἵ τις κιρσοί, οἴσ-  
φυραι βάρεα εἰς τὸν αὐτόν.

8. Τὸ δὲ θερον αὔρι-  
τον ἐταῖ, οταν εἴη λευ-  
κὴ τὲ ηὐθυγάραι, καὶ  
λείη, καὶ σμαλὴ, ωδὴ  
τάντα τὸ χερόν, εἰς τὸν αὐ-  
τοῦ ηὐθυγάραι.

9. Οὔρεων δὲ οὐ τὸ  
μήν θρηθὲν μη̄ καθαέρη-  
ν, τὸ δὲ ηὐθυγάραι λευ-  
κὸν τέ, καὶ λείον ἐχη-  
χεικωλέρη ηὐθυγάραι.

aut mortem, aut reci-  
divas. Quod vero ex  
his potissimum futu-  
rum sit, ex aliis con-  
siderandum est. M. Pop.  
P. 661. No. 90.

6. Judicationes ve-  
rò, & remissiones eo-  
rum quae febrem ar-  
dentem significant, longiorem morbum fa-  
ciunt. Judicat. S. 4.

7. Abscessus aut per  
venas, aut per ossa, aut  
nervos, aut cutem, aut  
alias emotiones. Utiles autem sunt qui infra  
morbum fiunt, velut  
varices, lumborum gra-  
vitates ex supernis. M.  
Pop. P. 687. No. 45.

8. Optima vero urin-  
a est, quum fuerit al-  
ba subsidentia, & læ-  
vis, & æqualis per to-  
tum tempus, donec ju-  
dicatus fuerit morbus.  
Prænot. S. 11.

9. In urinis autem si  
id quod miectum est pu-  
rum non sit, subsiden-  
tiā verò albam & læ-  
vem habeat, diurnior  
fit morbus. Judicat.  
S. 6.

10. Τοῖσι

10. Qui

ΙΟ. Τοῖσι ποικίλως  
ἀγνοσέσσι, καὶ ἀρχ-  
κρύψσι, πυκνὰ κωμα-  
τώδεσι, ωροσδέχεας  
λέγε μέλανα ἔμετον.

ΙΙ. "Οἵτις δ' αὖ σὺ  
πυρετῷ μηνὶ θανάτῳ εἰ  
φῆ τὸ κεφαλήν ἀλγέει,  
ἢ καὶ ὁρφνῶδες τὴν ωρ-  
ῇδιν ὄφθαλμόν φαίνεται,  
ἢ καὶ καρδιῶμα  
πτυτέω ωροσγένηται, χο-  
λώδης ἔμεται παρέ-  
σται.

Οἵσι δὲ βάρεα μέν  
ὅλης τὸ κεφαλῆς, καρ-  
διῶμαὶ δὲ, καὶ ἀσω-  
δεες ἔστιν, ἐπανεμένσι  
χολώδεα καὶ φλεγμα-  
τώδεα.

ΙΟ. Qui variè ægros-  
tant, & mente moven-  
tur, si subinde sopor in-  
vadat, dico his nigrum  
vomitum expectandum  
esse. Co. S. I. No. 148.

ΙΙ. Quicunque in fe-  
bre non lethali dixerit  
sibi caput dolere, aut e-  
tiam præ oculis obscu-  
rum quiddam appare-  
re, si & oris ventriculi  
morsus huic accesserit,  
eibiliosus vomitus ade-  
rit. Prænot. S. 25.

Quibus gravitas to-  
tius capitis, & oris ven-  
triculi morsus adfunt,  
& nauseabundi, hi bi-  
liosa & pituitosa vo-  
munt. M. Pop. P. 662.  
No. 99.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΤΟΣ.

29. **K**λεονάκτιδης, ὃς καλέκετο ἐπάνω τῷ  
Ηερκλέᾳ, τῷρ ἔλασε τεπλανημήτῳ  
ως. ἥλγει δὲ καὶ κεφαλὴν ἦξ αὐρχῆς, καὶ τλόν-  
εὸν αὔριτερόν· καὶ τῷ ἄλλων τοῖνοι, κοπιώδεας  
τεύπον. Οἱ τυρεῖοι ταροξυάρμοι, ἄλλοιε  
\* ἄλλοιως ἀτάκιως. ἴδετε, ὅτε μὲν, ὅτε δὲ τοῦ.  
Τὰ μὲν τλεῖται ἐπεσήμανον οἱ ταροξυσμοί, σὺν  
κερτίμοισι μᾶλλον. Περὶ δὲ εἰκοστῶν τελάρης,  
χεῖρας ἀκεας ἐψύχειο. ἡμεσε χολώδεα, ξανθὰ, ΙΟ  
ντόσυχνα, μετ' ὀλίγον δὲ ιώδεα· τάνιων ἐκε-  
φιδη. Περὶ δὲ τελακοστῶν ἐόντι, ἥρξαίσιο ἀπὸ<sup>ρίνῶν</sup>

## ÆGER SEXTUS.

29. **C**Leonaëtidem, qui supra Heraclium  
decumbebat, ignis, hoc est, febris  
vehemens, vago & incerto quodam ordine pre-  
hendit. Capitis & lateris sinistri circa initia  
dolor adfuit, cæterorumque membrorum per-  
inde ac ex lassitudine labores. Februm ac-  
cessiones aliæ subinde absque ullo ordine, &  
nunc quidem sudores, nunc verò minimè. Fe-  
brum insultus, ut plurimū, diebus decreto-  
riis ferè invadebant. Ad vigesimum quartum  
diem extremæ manus frigescebant, vomitione  
refusa sunt biliosa, flava, subfrequentia, non  
longè verò post, virulenta, quibus omnibus  
levatus est. Circiter trigesimum, sanguis fluere  
ex

---

\* Legunt omnes, ἄλλοιως. Etiam cap. 4. p. 6. ubi cæteri  
legunt ἄλλοι ὡς, Lindanus habet ἄλλοιως. Quæ fortasse verior  
est lectio.

μινῶν ἀμφόραχεν· δέξ αὐτοῖς εων, καὶ ταῦτα πε-  
πλανημένα κατ' ὄλιγον μέχρι περίσσου· ἐκ  
ἀπόστολος δὲ, οὐδὲ διψάμης πᾶσα τάντα τὸ χέρον,  
οὐδὲ ἀγρυπνία· περὶ δὲ λεπτὰ, οὐδὲ ἄχεα. Περὶ  
5 δὲ τεωταραχοῖς ἐών, προσενε πάρερυθρα, πά-  
τασιν πολλαὶ, ἐρυθραὶ ἔχονται· ἐκθριδη· μῆ-  
δὲ ταῦτα ποικίλας τὰ τὸ περιστεραῖς, οἵτε μὲν πάστα-  
σιν ἔχεν, οἵτε δὲ οὐδὲ. Εὔποκος ἦ, περιστεραῖς πάστα-  
σις πολλή, καὶ λίκη, καὶ λείη· ξυάδωνε  
10 πάνται· πυρετοὶ διέλιπον· περὶ δὲ πάλιν λεπτὰ  
μὲν, εὔχεα δέ. Εβδομηκοστὴ ἀπυργία, διέλι-  
πεν ἡμέρας δέκα. Ογδοηκοστὴ, ἐπερρήμωσε· πυ-  
ρετὸς οὖς ἔλαβεν· οἰδεωσε πολλῷ· περιστεραῖς πά-  
τασις ἐρυθρηί, λείη. Τελείως ἐκείθη.

ex utrâque nare cœpit, idque inconstanter  
paulatim ad iudicationem usque, sed nec ci-  
bum aversabatur, nec siticulosus toto tempore  
fuit, neque verò insomniâ torquebatur, urinæ  
tenues, non tamen decolores erant. Ad qua-  
dragesimum verò, subrubra minxit, cum se-  
dimento multo rubro, leviùs habuit. Post quæ  
variè se habuerunt urinæ, ut quæ interdum  
sedimentum haberent, interdum verò nequa-  
quam. Sexagesimo, urinis sedimentum mul-  
tum, album & lœve adfuit, remissa sunt om-  
nia, febris intermisit. Urinæ verò iterum te-  
nues quidem, boni coloris tamen. Die septua-  
gesimo à febre liber fuit, quæ dies decem in-  
termisit. Octogesimo, rigore oborto febris  
acuta prehendit, sudor multus, urinis sedimen-  
tum rubrum, lœve adfuit. Quibus perfecta  
judicatio successit.

DEMON.

## DEMONSTRATIO.

**U**RINÆ ad trigesimum vel quadragesimum diem tenuitas (1), vagæ & inordinatæ febris accessiones (2), crebræ judicaciones non judicantes (3), viz. sudores, vomitiones, & hæmorrhagiæ, febris prolixitatem in quolibet progressùs stadio demonstrant. Prævisâ igitur morbi duratione, proximè incumbit medico, ut quid sit periculi maturè prænoscat. Minimè autem in vado esse res ægrotantis, pertinax & producta urinæ cruditas proclamat; periculum enim esse suspicio est, ne vires non sufficient dum tales urinæ coquantur (4). Ex viribus ergo solis ægroti, lites decernendæ sunt; has autem validas admodum & integras esse innuunt illæsus appetitus (5), vigiliarum & sitis absentia (6), quæ ad diem quadragesimum, incipiente tunc coccione, perdurarunt: Nunc enim urinam subrubram cum subsidentiâ subrubrâ, & postea urinam variam, modò cum subsidentiâ, modò vacantem minxit. Tales urinæ morbi quidem longitudinem promittunt (7), sed quæ periculo omnino vacat. Die sexagesimo, mutatum est sedimentum subrubrum in album & lœve, quod febris ad exitum properantis indicium est; intermisit ergo postea ad decem dies, & octogesimo perfectè judicabatur.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΠΕπασμῇ ταχύτητα κείσις, καὶ ἀσφαλιώς ἐς ὑγιεῖνν Σημαίνει. Ὡμὰ δὲ, καὶ ἀπεπτά, καὶ ἐς κακὰς διποτάσιας πρεπόμην, ἀκευσιας, η̄ πόνους, η̄ χερόνες, η̄ θανάτους, η̄ τὸν ἀντῶν ψυχεφάς. Οτι δὲ τέων ἔται μάλιστα, Σκέπτεον ἢξ αλλων.

2. Κείσιες δὲ, καὶ ἀφέσιες τῷ καῦσον Σημανόντων, μακεύτερα η̄ νεύσις.

3. Τα κείσιμα μη̄ κείνοντα, τὰ μὴν θανάτωδεα, τα δὲ δύσκελα.

4. Εἰς τὸν δὲ πυρόν τὲ εἴν τὸ δερν, καὶ λεπτὸν, Σημαίνει τὸ νεύσιμα

1. Octiones celeritatem judicationis, & securitatem sanitatis significant. Cruda vero, & incocta, & in malos abscessus conversa, acrisias, aut labores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidivas. Quod vero ex his potissimum futurum sit, ex aliis considerandum est. M. Pop. P. 661. No. 90.

2. Judications vero, & remissiones eorum quae febrem ardentem significant, longiorem morbum faciunt. Judicat. S. 4.

3. Judicatoria non judicantia, partim lethalia, partim difficilis judicii. M. Pop. P. 686. No. 35.

4. Quamdiu vero fulva fuerit urina, & tenuis, morbum inconcoctum

**σημα ἀπεπλον** <sup>ἢ</sup>. "Ην  
δε πολυχερνιω εἰν το-  
τον ἐὸν, κίνδω μη'  
ε δωισε<sup>ἢ</sup> αὐθερπ<sup>ἢ</sup>  
Ἀχρηστα, εσ τ' αὐ τε-  
παιθη η νθσ<sup>ἢ</sup>.

5. Εν πάση νθσω  
τὸ ἐρρωμέτ την Αγριοιαν,  
καὶ εῦ ἔχειν περ τὰς  
περσφοράς, ἀγαθον. Τὸ  
δὲ ἐνάντιον, κακόν.

6. "Εῖ δὲ τὰ μὲν α-  
γαθα τὰδε ευπνευ<sup>ἢ</sup>  
—καὶ δίψαν μη' ἔχειν  
—καὶ υπνον.

7. Εἰ δὲ εἴη τὸ τε  
ζερον υπέρυθρον, καὶ η  
νῶσις ασις ἀντέει ὄμριν,  
καὶ λείη, πολυχερνιω-  
τερον μήτι τῆτο γίνεται,  
σωτήριον δὲ κάρτα.

8. Τὸ δὲ ζερον ἀρ-  
γον ἔτιν, ὅταν εἴη λε-  
κη τὲ η νῶσις ασις, καὶ  
λείη, καὶ ὄμαλη—ση-  
μαῖνδι γδ ἀσφαλίω τὲ,  
καὶ τὸ νθσημα ὀλιμο-  
χερνιον εσεωδς.

coctum esse significat.  
Si autem diurna fuerit talis existens, periculum est ne sufficere homo non possit, donec urina cocta fuerit. Prænot. S. 11.

5. In omni morbo mente valere, & bene se habere ad ea quæ offeruntur, bonum est. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No. 33.

6. Sunt autem bona hæc --- bene spirare --- & sicut non habere, --- & somnos habere. Prænot. S. 14.

7. Si verò urina sit subrubra, & subsiden-  
tia ejus similis, & læ-  
vis, multo diurnior fit morbus, sed valde salutaris. Prænot. S. 11.

8. Urina autem op-  
timæ est, cùm subsiden-  
tia fuerit alba, & læ-  
vis, & æqualis.--- Sig-  
nificat enim securita-  
tem, & morbum fore brevem. Prænot. S. 11.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΒΔΟΜΟΣ.

30. **M**ετωνα πῦρ ἔλαβεν· ὁσφύ<sup>Θω</sup> βάρ<sup>Θω</sup>  
 ἐπώδυνον. Διδύρη, ὑδωρ πιόνι  
 ὄσσυχνον, ἀπὸ καλίτης καλῶς διῆλθε. Τείτη,  
 κεφαλῆς βάρ<sup>Θω</sup>. Θραχωρίμαλα λεπτὰ, χολῶ-  
 σεα, ψέρυθρα. Τελαρή, τάντα παρεξιάθη·  
 ἐρρύν ἀπὸ δεξιῶν μυκῆτρ<sup>Θω</sup> ἄμα δἰς κατ' ὄλιγον·  
 νύκτα δυσφόρως. Θραχωρίμαλα ὄμοια τῇ τείτῃ·  
 θεα ὄσμελανα εἶχεν ἀναιώρημα ὄσμελαν ἐὸν,  
 ΙΟ διεστασμόν. ὡς οὐδέποτε. Πέμπτη, ἐρρύν λαῦ-  
 εν

## ÆGER SEPTIMUS.

30. **M**etonem ignis, hoc est, febris vehe-  
 mens, prehendit cum lumborum gra-  
 vitate & dolore. Postridie ex liberaliore aquæ  
 potu alvus rectè demisit. Tertio, capitis gra-  
 vitas tenuit, dejectiones tenues, biliosæ, ali-  
 quantulùm rubentes prodierunt. Quarto, ex-  
 asperata sunt omnia, bis ex nare dextrâ sanguis  
 paulatim effluxit, nox laboriosa, dejectiones  
 cædem, quæ die tertio, urinæ nigricantes, quæ  
10. Τάχιστα γένεται  
νατον σημαίνει τὸ πέ-  
λιον τῷ ἐμέτων, εἰ δέ  
φυσῶδες.

11. Ἐπὶ ἀκρήτοις  
ἐμέτοις λυγμὸς, κακὸν.

8. Et ubi in toto  
corpore mutationes fi-  
unt, & si corpus per-  
frigeretur, aut rursus  
calefiat, aut color aliis  
ex alio oriatur, morbi  
longitudinem signifi-  
cant. Aph. S. 4. No.  
40.

9. Rigor continen-  
ter vexans, corpore jam  
debili existente, lethali-  
lis. Co. S. 1. No. 15.

10. Celerrimam au-  
tem mortem significat  
lividus vomitus, si gra-  
veolens sit. Prænot. S.

12.

11. In sinceris vo-  
mitibus singultus, ma-  
lum. Co. S. 4. No. 20.



## ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Καλάτσασις Λοιμώδης \*.

13. ΕΤΩ νότιον, ἐπομέρεον· ἀπνοια Δέξια  
τέλεα· αὐχμῶν δὲ γλυκορίων, τὰς  
5 ψυχήσπειρας ἐπ' ἔνιαυτὸν, σὺν νοῖοισι, ταῦτα.  
Αρκτίερον, ὑδατα παλλά. Φθινόπωερν, Σκιῶ-  
δες, θητινέφελον· ὑδάτων πληθεα. Χειμῶν νό-  
τια, υγρός, μαλακός. Μελά δὲ ήλιος προπτὰς  
ὑπερερν

## SECTIO SECUNDA.

*Status Pestilens.*

13. **A**nnus Austrinus, imibribus abundans,  
atque in totum à ventis tranquillus  
fuit. Quum autem paulò superioribus anni  
temporibus, justo maiores siccitates viguerent,  
sub Arcturum, spirantibus austris, multùm  
pluit. Autumnus obscurus, nebulosus, cum  
aquaerum abundantia, hyems austrina, humida  
& levis. Longo verò post Solis conversio-  
nem

\* Λοιμώδης hīc non est propriè *pestilens* & *contagiosus*, si-  
quidem in his morbis ab Hippocrate descriptis nullum est  
*contagii* vestigium: sed ut Galenus innuit, aliud non est,  
quam επιδημία διέθρις. Quicunque enim uno in loco mor-  
bus multos simul invaserit, simulque hoc habeat ut multos  
perimat, *pestis* fit. Com. 3. in 3 Epid. Sed ipse Titulus  
*Galenο* paululūm suspectus est.

ὑπερεν τολλά, τολησίον ἵσημερίν, ὅπιδοχει-  
μῆνες· καὶ ἦδη τῷτο ἵσημερίν, βόρεα, χιονώ-  
δεα, οὐ τολλά χεόνον. Εαρ τάλιν νότιον, ἀπ-  
νον· ὑδατα τολλά θέρι τέλεω μέχρε Κύπρον.  
Θέραι, αἴθελον, θερμόν· πνίγεα μεγάλα. Επη- 5  
σίαμε Σικελία, διεσπασμήνως ἐπιβυσσαν· τάλιν  
δὲ τερετί Αρκτίενον ὃν βορείοισιν ὑδατα τολλά.  
Γενομήνα δὲ τὸ ἔτεω ὅλα νοτία, καὶ ὑμρᾶ, καὶ  
μαλθακᾶ, κατὰ μὲν τὴν χειμῶνα, διῆτον ὑμέρας,  
τολλά τὸ φθινωδέων, τερετί ὡν γεμέστε. 10

14. Περὶ δὲ τὸ ἔτεω ἄμα τοῖσι θύμοισι τι  
ψύχεσιν, ἐρυσιπέλατα τολλά, τοῖσι καὶ μὲν  
ωφεφάσι, τοῖσι δὲ τὸν κακούθεα, τολλάς ἐκ-  
τείναντα

nem intervallo, juxta æquinoctium, extremæ  
hyemis frigora adfuerunt, jamque sub æqui-  
noctium ipsum Aquilonares venti cum nivibus  
non ita diu spiravere. Ver rursus austrinum,  
à flatibus quietum, aquæ multæ & continen-  
tes ad Canem usque. Æstas serena, calida,  
æstus præfocantes magni. Anniversarii venti  
(Etesias vocant) pauci disjunctim spiravere.  
Sub Arcturum rursus spirantibus Aquilonibus,  
aquæ multæ. Existente igitur anno austri-  
no, humido & leni, hyeme quidem salubriter  
agebant, præter tabidos, de quibus mox scri-  
betur.

14. Ante ver autem unâ cum frigoribus con-  
secutis ignes sacri plurimi, partim quidem aliquâ  
de causâ, partim quidem sine eâ contingebant,  
atque hi maligni quidem multos sustulerunt.

τειναν. Πολλοὶ φάρυγγας ἐπόνησαν· φωναὶ καὶ  
κύριδιαι· καῦσοι φρενικοῖ· τύματα ἀφθάδεα·  
αὐδοῖοις φύματα· ὄφθαλμοι· αὐθερίες. Κοιλίαι  
ταεχώδεες· ἀπόσιοι, διψώδεες· οἱ μὲν, οἱ δὲ γέ.  
5 Οὐραὶ ταεχώδεα, πλελά, κακά. Κωμαῖ-  
δεes ὅπῃ πλελά, καὶ πάλιν ἀγρυπνοι· ἀκερσιαι  
πλελαι· δύσκεια· ὑδρωπίες· φθινώδεες πλε-  
λοι. Τὰ μὲν ὅπῃδημήσαντα νεστίματα, ταῦτα.  
Εκάτειρα δὲ τὸ θαυμερεμβύων εἰδέων, ήσαν οἱ  
10 κάμνοντες, καὶ ἔθνησκον πλολοι· ξαέπιπτε δὲ  
ἐφ' ἐκάτοισι τελέων ὥδε. Πολλοῖσι μὲν τὸ ἐρυ-  
σίπελας μὲν πλεφάσι τῇ τοῖσι τυχεῖσι, καὶ  
πάλιν τῇ Σμικρῶσι περιμαλίοισιν, ἐφ' ὅλῳ πᾶ-  
Σώματι· μάλιστα δὲ, τοῖσι πλει ἐξήκοντα ἔτεα  
περὶ

Multi ex faucibus laborabant, voces vitiatae  
erant, febres ardentes unā cum phrenitide, ser-  
pentia oris ulcera, pudendorum tubercula, lip-  
pitidines, carbunculi. Alvi perturbatae, ci-  
bos aversabantur, & hi quidem partim siticu-  
lofi, partim sine siti erant. Urinæ turbulen-  
tæ, multæ, malæ reddebantur. Sopore ut  
plurimum detinebantur, rursusque pervigiles.  
Morborum solutiones prorsus nullæ partimque  
difficiles, aquæ inter cutem, tabidi multi. At-  
que hi quidem morbi populariter vulgabantur.  
Ex enumeratorum autem generum unoquoque  
laborabant multi & moriebantur plurimi, eo-  
rumque singulis hunc in modum accidit. Mul-  
tis certè ignis sacri occasio ex contemnendis  
valdeque parvis ulciculis toto corpore oblata  
est, præcipue verò sexagenariis circum caput,  
vel

περὶ κεφαλῶν, εἰ καὶ Συκεὸν ἀμεληθέν. Πολλοῖσι δὲ καὶ ὃν δεραπτέρη ἔστι, μεγάλη φλεγμναὶ ἐγίνονται· καὶ τὸ ἔρυσιπτελας, πολὺ, ταχὺ πάντοθεν ἐπενέμετο. Τοῖσι μὲν δὲ πλείστοισιν αὐτῶν δύτασις ἐστὶ μεταβολὴ Συκεπιπτον.<sup>5</sup> Σαρκῶν, καὶ νόσων, καὶ ὅτεων ἐκπλώσιες μεγάλαι. Ήν δὲ καὶ τὸ ρεῦμα τὸ ξαϊτάμνον ἢ πάντα ἵκελον, ἀλλὰ Σπιρεδών τις ἄλλη, καὶ ρεῦμα πολὺ, καὶ ποικίλον. Οἷσι μὲν δὲ περὶ κεφαλῶν τελέων τι ξυμπίπτῃ γίνεσθαι, μαδίσιες τε οὖλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνονται, καὶ δὲ γήρασθαι· καὶ ὅτεων φιλάρματα, καὶ ἐκπλώσιες, καὶ πολλὰ ρόματα. Εν πυρετοῖσι τε ταῦτα, καὶ αὐτὸς πυρετῶν· λαὶ δὲ ταῦτα φοβεράτερα, η κακίω. Ο-

σι

vel si quid paululum negligeretur. Nonnullis autem, etiam inter curationes ipsas, magnae inflammationes contingebant, multisque ignis facer celeriter ubique populabatur. Horum igitur plurimis abscessus ad suppurationes vertebant, carniumque & ossium ac nervorum ex decidentia mutilationes magna fiebant. Neque vero contracta fluxio puri erat affinis, sed aliud quoddam putredinis & fluxionis multae ac variæ genus. Quibus itaque circa caput hujusmodi aliquid contigit, totius capitatis & menti glabrationes, ossiumque denudationes & prolapsus acciderunt, multaque fluxiones fiebant, istaque partim in febribus, partim sine his aderant. Atque haec terrorem potius quam periculum denuntiabant. Quibus namque ta-

σι γένες ἐμπυήμα ὁ τοιότων ἀφίκοιτο πεπασα  
μές, οἱ πλεῖστοι τότεν ἐσώζοντο· οἵσι δὲ οὐ μόνοι  
φλεγμονή, καὶ τὸ ἔρυσίπελας ἀπέλθοι, τοιαύτηις  
δὲ ἀπότασιν μηδεμίαν ποιήσαιτο, τότεν ἀ-  
πώλλησθοι πάλλοι. Ομοίως δὲ καὶ ἕποι ἄλλη  
ἢ Σύμαιοι πλανηθῆ, ξαέπιπλε ταῦτα. Πολ-  
λοῖσι μόνοι γένες βερχίων, καὶ πῆχυς ὅλοι πελερρύν·  
οἵσι δέ οὐ πάντα τὰ πλανεῖται ταῦτα ἐκακέντο, οὐ το-  
ῦμαρεσθέντι, οὐ τοῦ ὅπισθεν· οἵσι δὲ ὅλοι οἱ μη-  
πολεῖσι, οὐ τὰ πλεῖστα περιμένειται, καὶ πᾶς ὅλος.  
Ην δὲ πάντων χαλεπώτατον τοιότων, οὐτε  
περὶ οὐδένα, καὶ αἰδοῖα γένοιστο. Καὶ τὰ μόνα  
περὶ ἑλκεα, καὶ μέτρα περιφάσιοι τοιαῦτα. Πολ-  
λοῖσι δὲ σὺν πυρετοῖσι, καὶ περὶ πυρετῶν, καὶ οὐ πάντα  
πυρετοῖσι

Ium maturatione res ad suppurationem deve-  
nit, eorum plerique superstites evadebant. At  
verò quos inflammatio quidem sacerque ignis  
reliquerat, nullumque hujusmodi abscessum  
creaverat, ii frequentes periēre. Similiter quo-  
que & quācunque corporis parte oberrârunt,  
ista contigerunt. Multis siquidem brachium  
ac cubitus totus defluebat. Nonnullis verò  
ista latera malè vexabant, aut anteriorum aut  
posteriorum aliquid. Est ubi etiam femur in-  
tegrum, aut tibia, aut pes totus denudabantur.  
Horum autem omnium gravissimè urgebant quæ  
circum pubem pudendaque contingebant. At-  
que ea quidem fuit eorum, quæ cum ulcere  
aut occasione aliquâ externâ contigerunt, con-  
ditio. Multis autem unà cum febribus ipsis,  
aut ante febrem, atque etiam post febres ip-  
fas

παυρεῖοῖς ξωμάτιεν. Ήν δὲ καὶ τέτων ὅσα μὲν  
ἀπόστασιν ποιήσαι τοῦτο οὐχί εἰπυμαῖθε, οὐ κατ-  
τὰ κοιλίν ταραχή τις θηκαιρῶ, οὐ χρητῶν  
ζεων θερίδοσις γρύοιο, οὐτε τέτων λελύδες· οἷς τοι  
δὲ μηδὲν τέτων ξυμπιπίοι, ασήμασ δὲ αφανίζονται  
μήνων, θανατώδεα γίνεσθαι. Πολὺ μὲν δὲν τοῖσι  
ταλαιποῖσι ξωμάτιε τὰ τερετὸ τὸ ἐρυσίπελας, οὐ  
τῆραι· ταρείπετο δὲ καὶ οὐτοῦ τὸ θέρεθρον, καὶ τὸ  
φθινόπωρον. Πολλὴ δὲ ταραχὴ τισι, καὶ τὰ  
τερετὸ φάρυγγα φύματα, καὶ φλεγμοναὶ γλῶσσαι  
της, καὶ τὰ ταρετὸν θηκαιρίματα. Φωναὶ  
τε τολλοῖσιν ἐπεσήμαγνον, κακόμηνα, καὶ κα-  
τίλλεσσαι \*. Θεῶν μὲν φθινώδεσιν αὐρχομήνοι-

σιν,

fas inciderunt. Illud verò ipsis inerat, ut quæ-  
cunque per suppurationem abscederent, si vel  
in insignis aliqua alvi perturbatio, aut probarum  
urinarum transmissio extitisset, per ea ipsa so-  
lutio procederet: sin quibusdam nihil horum  
contigisset, temerèque & sine ullâ solutionis  
significatione evanescerent, ea mortem infere-  
bant. Longè igitur plurimos facer ignis verè  
appetivit, qui & per æstatem & sub autumnum  
consequebatur. Magna verò perturbatio qui-  
busdam inerat, & ad fauces tubercula, linguæ  
que inflammationes, & quæ secundum dentes  
abscederent. Multisque vocis vitiæ & præ-  
peditæ facta est significatio, potissimè quidem  
his

\* Alii legunt κατατίλλεσαι, aut κατίλασσεσαι, alii κατειλέσσαι.  
Vide Foësum.

σιν, ἀτὰρ καὶ τοῖσι καυσώδεσι, καὶ τοῖσι φρενικοῖσιν.

15. Ηρξαντὸ μὲν οἱ καῦσοι, περὶ τὸν θρόνον,  
καὶ τὰ φρενικὰ, μὲν τὰ γλυκόμηνα ψύχεα· καὶ  
τλεῖτοι τηνικαῦτα διενύσσονται· οὗτα δὲ τέτοιοι  
5 καὶ θανατώδεα, ξυπέπιπλεν. Ήν δὲ η̄ καλά-  
τασις τὸ γλυκόμηνων καύσων, ὡδε· αρχόμηνοι κα-  
ματώδεες, ασώδεες, φρενικώδεες· παρετὸς ἔξυς· οὐ  
διψώδεες λίγοι, οὐ τελείληποι· ἀπὸ ρινῶν ἐπαξε-  
μικρά. Οι παρεξυσμοὶ τοῖσι τλεῖτοισιν, σὺ-  
10 αργίησι. Περὶ δὲ τῆς παρεξυσμοὺς, λίθοι, καὶ  
ἄφεσις, καὶ ἀφωνίη· ἀκρεά τε τέτοιοιν, αὖτε μὲν  
ψυχεύτερα ποδῶν καὶ χειρῶν, πελὸν δὲ περὶ  
τῆς παρεξυσμοὺς μάλιστα· πάλιν τε βεβαδέως,  
καὶ

his qui tabescere cœpissent, atque etiam febre  
ardente detentis & phreneticis.

15. Cœperunt itaque febres ardentes & phrenitides ante ver, post ea quæ præcesserunt fri-  
gora, plurimique tune diu ægrotârunt gravi-  
busque & lethalibus casibus conflictati sunt.  
Erat autem febrium ardentium quæ obvene-  
rant, constitutio hujusmodi. Per initia sopore  
detinebantur cum stomachi fastidio & hor-  
roris sensu, febris acuta, neque magnopere si-  
tiebant aut delirabant. Ex naribus paucus stil-  
lavit sanguis. Plurimos accessiones diebus pa-  
ribus invadebant. Atque sub ipsas accessiones  
oblivio, membrorum exolutio & vocis defectio  
contingebant. His quidem pedes summi &  
manus frigidiores evadebant, multoque maxi-  
mè circa accessiones; deinde verò lentè nec  
probè

καὶ ὁ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο· καὶ πάλιν καὶ  
νόσον, καὶ διελέγοντο· Κατεῖχε δὲ οὐ τὸ κῶμα  
ξωματίσ, οὐχ ὑπανθρώπους· οὐ μὲν πόνων ἀγρυπνούς.  
Κοιλιὰ ταραχώδεες τοῖσι πλείσιοις τέτων,  
θλαχωρίμασιν ὠμοῖσι, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν·<sup>5</sup>  
προ πολλὰ, λεπτὰ, κείσιμον, οὐδὲ χρητὸν οὐδὲν  
ἔχοντα. Οὐδὲ ἄλλο κείσιμον οὐδὲν τοῖσιν πέτως  
ἔχονταν ἐγήνετο, οὐτε γένος ἡμορράγης καλῶς, οὐτέ τις  
ἄλλη τῆς εἰθισμάτων ἀπόστασις ἐγίνετο κείσιμος·  
ἔθινον τε ἔκατον, ὡς τύχοι πεπλανημάτως τὰ<sup>10</sup>  
πολλὰ, πᾶντας κείσιας. Εκ πολλῷ δέ τινες  
ἄφωνοι, ιδεῶντες πολλοί. Τοῖσι μὲν ὀλεθρίως ἐ-  
χόσι, ξαπέπιπτε ταῦτα. Παρεπλήσια δὲ καὶ  
τοῖσι

probè recalescebant, rufusque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Eos autem aut perpetuus sopor non somnolentus detinebat, aut vigiliæ cum laboribus. Horum plerisque alvus retrimenti crudis, tenuibus, multis turbabatur. Urinæ multæ, tenues, neque judicatorii neque boni quicquam habebant. Neque aliud quicquam in ita affectis decernebat, neque enim ritè sanguis è naribus profluebat, neque aliud quicquam eorum, quæ abscedere nata sunt, judicatione tentabatur, moriebaturque unusquisque, utì sors ferebat, vago & incerto ordine, plerunque circa judicationes, quidam verò longius producti cum vocis defectione, nonnulli etiam cum sudoribus. Quæ quidem his, qui perniciose haberent, contingebant. Quin & similia phreneticis

τοῖσι φρενίκοισιν· ἀδιψοι δὲ τῶν οὗτοι οἵσαν·  
αὐτὸς Ὑξεμάνη τῷ φρενίκων αὐτοῖς, ὥστερ ἐπ' ἄλλοισιν· ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ καταφορῇ κακῇ νοθρῇ;  
Βαρέως ἀπώλλυτο.

5 16. Ήσαν δὲ καὶ ἄλλοι πυρετοί, τῶν ὡν γεγένεται. Στόματα πολλοῖσιν ἀφθάνεα, ἔλκαδεα· ρόμπατα τοῖς τὰ αὐδοῖς πολλά· ἔλκαδα,  
ματα, φύματα, ἔξωθεν, ἔσωθεν· τὰ τοῖς βαθῶν  
οὐφθαλμίᾳ μέσαι, μακερχέστιαι, μῆτραι πόνων·  
10 ὅπιφύσιες βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείρουσι τὰς ὄψιας, ἃς Σῦνα ἐπονομάζεσιν. Εφύετο δὲ καὶ ὅπι τὸ ἄλλων ἔλκέων πολλά,  
καὶ αὐδοῖσιν· ἀνθερακες πολλοὶ κατὰ θέρην, καὶ ἄλλα, ἀ τινέται, ἐκβύματα μεγάλα·

ticis fiebant. Atque hi omnino sine siti erant. Neque phreneticorum quispiam vehementer insanivit, sicut in cæteris usuvenire solet, sed ex malâ aliâ quâdam & languidâ in somnum degravatione graviter peribant.

16. Aliæ insuper etiam febres viguerunt, de quibus mox scribetur. Multis os serpentibus ulceribus affectum ulcerosumve fuit, fluxiones ad pudenda multæ, exulcerationes, tubercula intus & extrâ circum inguina. Lippitudines humentes, longæ, diuturnæ, non sine doloribus, palpebris foris & intus adnascebantur quædam, quæ multorum aciem perderent, Ficos nominant. Enascebantur vero cum aliis in ulceribus multa, tum in pudendis. Carbunculi æstate multi, atque alia quæ putredinis nomine donantur, pustulæ magnæ. Serpentia ul-

cera

χάλα· ἔρπητες τολλοῖσι μεγάλοι· Τὰ δὲ καὶ  
τὰ κοίλια τολλοῖσι τολλά, καὶ βλαβερὰ  
Σωέταινε. Πρεφτον ἐπὶ τενεσμῷ τολλοῖσιν ὅπι-  
πόνως· τλεῖτοισι δὲ ταυδίοισι, καὶ τᾶσιν,  
ὅσοι τρέψθησι· καὶ ἀπώλλιατο τὰ τλεῖτα τρέψ-  
των. Λειενίερχοι τολλοί, μυσενίερχοι· οὐδὲ  
ἄτοι λίλια ὅπιπόνως· τὰ δὲ χολάδεα, καὶ λι-  
παρά, καὶ λεπτά, καὶ ψιλάδεα. Πολλοῖσι  
μὲν αὐτὸ τὸ νέστηρα ἐς τόπο καλέσκητεν, ἀνδρὶ τε  
ταρρετῶν, καὶ σὺν ταρρετοῖσι. Μετὰ τόνων τρέψ-  
θοι, καὶ ἀνειλῆστες κακοῦθεες· τούτων τε καὶ ὅπιχόνιων διεξοδοι· τά τε διεξίν-  
τα, τόνες οὐ λύοντα. Τοῖσι δὲ τρεσφερμόμυοισι  
μυσκόλως ὑπακόνια· καὶ γένι αἱ καθάρσιες τὰς  
τλεῖτας

cera plerisque magna. Quantum autem ad al-  
vum spectabat, plerisque circa eam multa &  
noxia evenere. Primum quidem crebræ &  
inanes egerendi voluntates multis molestæ, im-  
primis verò pueris atque iis omnibus qui pu-  
bertatem nondum attigerant, eorumque plu-  
rimi peribant. Multi intestinorum lævitate  
vexabantur, quidam difficultate intestinorum,  
neque hi admodum molestè. Alvis autem bi-  
lliosa, & pinguia, & tenuia, & liquida demitte-  
bat, ac multis quidem eo morbus ipse decubuit,  
tum circa febres, tum in febribus. Tormina  
cum doloribus aderant, itemque convolutiones  
malignæ. Multis in corpore existentibus ac  
suppressis exitus. At neque exeuntia dolores  
tollebant. Atque ad ea quæ adhibebantur non  
facile habebant. Purgationes nempe plurimos

πλείστας προσέβλαπτον. Τῶν δὲ θτῶν ἔχοντων,  
πολλοὶ μὲν οὖτες ἀπώλληστο· πολλοῖσι δὲ καὶ  
μακρότερα διῆγεν. Ως δὲ σὺν κεφαλαιῷ εἰρημένῳ,  
πάντες καὶ οἱ τὰ μακρὰ νοσέοντες καὶ οἱ τὰ οὔξεα,  
5 ἐκ τοῦ κατὰ κοιλίην ἀπέθυνσκον μάλιστα· πάντας  
τοὺς γὰρ, κοιλίην Σιαπήνεγκεν. Απόσιτοι δὲ  
πάντες μὲν ἐγήραντο καὶ ὅπῃ πᾶσι τοῖσι προγε-  
γεγαμμένοισιν, οἵτις ἐγὼ δέδεπτώτε πέντε χον·  
πολλοὶ δὲ μάλιστα αὐτοὶ, καὶ οἱ ἐκ τοιάτων·  
10 καὶ ἐκ τοῦ ἄλλων δὲ, οἱ καὶ ὀλεθρίως ἔχοιεν.  
Διψάδεες, οἱ μὲν, οἱ δὲ πάντες· τὸ σὺν πυρετοῖσι καὶ  
τοῖσιν ἄλλοισιν, δέδεις ἀκαίεσσι, ἀλλ’ ἡδὲ κατὰ  
ποτὸν θραύσαν, ὡς ἥθελες. Οὐετα δὲ πολλὰ μὲν,  
τὰ διεξίοντα δὲ, ἐκ τοῦ προσφερομένων πο-  
τῶν,

magis offendebant. Eorum verò qui ita habebant plerique quidem subitò moriebantur, multi etiam diutius perdurabant. Atque ut semel absolvam, tum qui diuturnis, tum qui acutis tentabantur morbis, ex ventris vitio omnes ferè periere. Omnes namque venter pariter sustulit. Omnes autem in quos sanè incidi, ob præscriptos omnes morbos quibus vexabantur, cibos equidem aversabantur. Plerique verò præcipueque hi ipsi, & qui eodem modo affecti erant, sed & ex aliis qui etiam perniciose haberent. Siticulosi partim quidem erant, partim verò siti vacui. Ex his quos febris aliaque vexabant, nullus intempestivè potum sumpsit, sed quoad potionem, licebat eam instituere vivendi rationem quam velles. Urinæ autem copiosæ prodibant, neque po-

τῶν, ἄλλα τολλὸν ὑπερβάλλοντα. Πολλοὶ  
δέ τις καὶ τῷ σφυρὶ κακότης ἢ τῷ ἀπιόνιων·  
ἄτε γέ τάχθω, ἄτε πεπασμές, ἄτε καθάρ-  
σιας χρητὰς εἶχεν. Επὶ τολλοῖσι γέ δικατά<sup>ε-5</sup>  
κύτιν καθάρσιες χρηταὶ γλυκύμνηαι, αγαθόν.  
σύμμαχον δὲ τοῖσι τλείτοισι, Σωτηξιν, καὶ τα-  
εχθῆ, καὶ τόνθες, καὶ χρένθες, καὶ ἀκερσίας.  
Κωμαλώδεες δὲ μάλιστα οἱ φρενικοὶ, καὶ οἱ  
καυσώδεες ἥσαν. ἀτάρ καὶ ἔπι τοῖσιν ἄλλοισι  
νεστήμασι τᾶσι τοῖσι μεγίτοισιν, ὅτι μὲν τοῦτο<sup>10</sup>  
τῇ γίνοιτο. Διὰ ταντὸς δὲ τοῖσι τλείτοισιν,  
ἡ βάρυ κῶμα ταρείπετο, ἡ μικρότες καὶ λεπτές  
ὑπνοὶ κωμαδῆ.

17. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πυρετῶν ἐπεδίμη-  
σεν εἴδεα, τελαιῶν, τελαργίαιων, νυκτερωῶν, ξαε-<sup>15</sup>  
χέων,

tioni ingestæ respondebant, verū plurimū superabant, multūque etiam vitiosæ erant urinæ redditæ. Nam neque crassitudinem, neque concoctionem habebant, neque probè expurgabantur. In multis namque probæ per vesicam expurgationes bono sunt. Plurimis vero colliquationem perturbationemque, & dolores, & moram, & judicationis cessationem portentabant. Sopore autem detinebantur, impri- mis quidem phrenetici & qui febre ardente laborabant, quinetiam cæteris in omnibus maximis morbis, quod cum febre contingerent. Omnino vero plerosque aut gravis sopor comitabatur, aut tenues & parvi somni.

17. Multa alia præterea passim vulgata sunt febrium genera, tertianæ, quaternæ, nocturnæ,

G g 2 assiduæ,

χέων, μακρῶν, πεπλανημάτων, ἀσωδέων, ἀκα-  
παγάτων· ἀπαντές δὲ οὗτοι, μὲν πολλῆς ἐγίνον-  
το ταραχῆς. Κοιλία τε γένος τοῖσι πλείσιοις τα-  
ραχώδεες· φευκώδεες· ἴδεστες δὲ σείσιμοι· καὶ  
τὰ τῆρας ὄφεων, ὡς θαυματεροποτός. Μακρὰ δὲ τοῖσι  
πλείσιοις τατέων· οὐδὲ γένος αἵ γινόμεναι τατέοισιν  
ἀποτάσιες ἐκείνων, ὥσπερ δὲ τοῖσιν ἄλλοισι.  
Δύσκολα μὲν πάσι πάντα ἐγίνετο, καὶ ἀκριβία,  
καὶ χερόνια· πολὺ δὲ μάλιστα τατοισιν. Εκείνῃ  
τοι δὲ τατέων ὀλίγοισι, περὶ οὐδονήκοντα· τοῖσι δὲ  
πλείσιοισι, ὡς ἔτυχεν, ἐξέλιπεν. Εθνισκον δὲ  
τατέων ὀλίγοι πάντα μεριπτόν, ὑρθοτάδην. Πολυ-  
λοῖσι δὲ καὶ δηλιτοῖσιν ἄλλοισι νιπτήμασιν, οἰδη-  
ματα παφύχλαδες· πολὺ δὲ μάλιστα τοῖσι φθινώ-  
τεροισι.

18. Μέτ-

assiduæ, diuturnæ, incertæ & vagæ, implaci-  
dæ, inconstantes. Atque hæ omnes non sine  
multâ perturbatione contingebant. Plerisque  
etenim alvus cum horroris sensu turbabatur,  
sudores nihil decernebant, urinæque, quales  
suprà descripsimus. Eorum verò plerisque hæc  
erant diuturna. Neque enim decernebant quæ  
iis ipsis abscedebant, quod cæteris usu venire  
solet. Omnino quidem omnibus difficiles e-  
runt judicationes, aut nullæ, aut diuturnæ, his  
verò quam maximè. Atque horum pauci cir-  
ca octogesimum diem judicatione absolveban-  
tur, magnâ autem ex parte iis temerè defece-  
runt. Horum etiam pauci ex aquâ inter cu-  
tem moriebantur erecti & stantes. Plerosque  
verò etiam præter alios morbos tumores agita-  
bant, ac præ cæteris tabidos.

18. Maximè

18. Μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώλαιον, καὶ πλεί-  
στος ἔκλεινε τὸ φθινῶδες· πολλοὶ γὰρ τινες ἀρξά-  
μηνοι κατὰ χαμᾶνα, πολλοὶ μὲν κατεκλιθησαν·  
οἱ δὲ αὐτέων ὄρθος ἀδύνατο φερεῖν. Τὸ περιόδον  
δὲ τοῦ ἥρωος ἔθνησκον οἱ πλεῖστοι τῷ πατέρᾳ κατεκλιθέντες·  
πῶν· τῷ δὲ ἄλλων, ἐξέλιπον μὲν αὐτοῖς βῆχες θάνατον,  
ὑφίεσσαν δὲ κατὰ Σέρβου· καὶ δὲ τὸ φθινόπωρον,  
κατεκλιθησαν πάντες, καὶ πολλοὶ ἔθνησκον· μα-  
κεὰ δὲ τότε πάντων οἱ πλεῖστοι διενόσεον. Ήρξατο μὲν  
ὅν τοῖσι πλεῖστοις τότε πάντων ἑξαήμερης ἐκ τότε,  
κακῶδες· φεικώδεες πυκνά· πολλάκις πυρετοὶ  
ἔωσι, ὀξεῖς· ἴδιωτές τε ἀκαμεῖ· πολλοὶ φυ-  
γεῖν διὰ τέλεων, πολλοὶ φύξις· καὶ μόλις πά-  
λιν ἀναθερμανόμηνοι. Κοιλίαγε ποικίλως ἐφεγγά-  
μησαν, καὶ πάλιν ταχὺ καθυβεσανόμηνα· καὶ τῷ 15  
πέμπτῳ

18. Maximè autem & gravissimè afflixit ta-  
bes, plurimosque interemit. Nempe cùm  
multis ad hyemem cœpisset, hi magnâ ex par-  
te decubuerunt, partim verò erecti & stantes  
pertulerunt. Ineunte autem vere eorum qui  
decubuerant plerique perierunt, reliquorum  
verò nullum tusses reliquerunt, verùm æstate  
remiserant. At sub Autumnum omnes decu-  
buerunt, multique interierunt, eorum verò ple-  
rique diu traxerunt. Horum itaque plurimi,  
ex his derepente pessimè affligi cœperunt, cre-  
bri erant horrores, plerumque febres assiduae,  
acutæ, sudores etiam intempestivi, multi, con-  
tinenter frigidi, refrigeratio multa, vixque re-  
calescebant. Alvi variis modis subsistentes,  
rursusque illico lubricæ, atque eorum quæ  
pulmones

τῷ πλεύμονα πάντων θράσσοις κάτω. Πλῆθ<sup>ρ</sup>  
ζέων, & χρητῶν· ξαλίξιες κακαί· αὐτὸς δὲ βῆχες  
εἰησαν μὲν θράστελες πολλαὶ, καὶ πολλὰ ἀ-  
νάβοσα πέπονα, καὶ μέρα· μὲν πόνων δὲ οὐ λίγη.  
5 Αλλ' εἰ καὶ ταπεπόνεον, πάντα πρέως πᾶσιν η<sup>ν</sup>  
κάθαρσις η<sup>ν</sup> ἀπὸ πλεύμον<sup>θ</sup> ἐγίνετο· φάρουγμες δὲ  
λίγια δακρύδεες, οὐδὲ ἀλμυρίδες οὐδὲν ἡνώχλειν·  
τὰ μέντοις γλίχεαι, καὶ λόγκα, καὶ μέρα, καὶ  
ἀφρεύδεαι πολλὰ ἀπὸ κεφαλῆς κατίηδ. Πολὺ δὲ  
10 μέγιστον κακὸν παρέπετο καὶ τάτοισι καὶ τοῖ-  
σιν ἄλλοισι τὰ τρία τὸ πόσιλιν, καθάπερ τα-  
γέγεαπ<sup>τ</sup>· οὐδὲ γῆ πότων μὲν προφῆταις ἡδέως ἔιχον,  
ἄλλα πάντα διῆγον ἀδίψως. Βάρ<sup>θ</sup> Σάματ<sup>θ</sup>·  
κακα-

pulmones offendebant per inferna transmissio.  
Urinarum illaudatarum abundantia, corporis  
extenuationes malæ. Tuisse autem omnino  
quidem multæ aderant, multaque cocta &  
liquida educebant, neque verò admodum labo-  
riosè. Quod si etiam quadantenus laborarent,  
rursus tamen valde placide & molliter omnis  
ex pulmone purgatio procedebat, fauces non  
admodum mordebantur, neque salsuginis quic-  
quam infestabant. Viscida nihilominus & al-  
ba, liquidaque & spumosa multa ex capite  
descendebant. Longè verò maximum malum  
tum hos tum etiam cæteros comitabatur, ci-  
borum fastidium, uti paulò antè scriptum est.  
Nam neque ad potionem neque ad cibum ala-  
criter habebant, sed valde siti vacui degebant.  
Corporis gravitas inerat, & sopore detineban-  
tur.

πειρατῶν· τοῖσι πλεῖστοισιν αὐτέων οἴδημα,  
καὶ ἐς ὑδροπα σφιγγάτο· φρεκώδεες, πεζίλη-  
ει τῷ θάνατον.

19. Εἰδότε δὲ τὴν φθινωδέων λίγην, τὸ λεῖον, τὸ  
χρυσόλιθον, τὸ φακώδες, τὸ ψεύρυθεν, τὸ χα-  
ροπὸν, λίθοφλεγματία, πλευρώδεες, καὶ γω-  
ῆκες ἔτω· τὸ μελαγχολικόν τε, καὶ ὑφαρμόν.  
Οἱ καῦσοι, καὶ τὰ φρενικά, καὶ τὰ δυσενέργει-  
δεα τέτταντι πέπειο· ταινεσμρδὶ νέοισι· φλεγματώ-  
δεσιν αἵ μακρεῖ Διάρροια· καὶ τὰ δειμέα Διά-  
χωρήματα, καὶ λιπαρὰ πικροχόλοισιν.

20. Ήν δέ πᾶσι τοῖσιν ψωγεγραμμόσι,  
χαλεπώτατον μὲν, τὸ ἔαρ, καὶ πλεῖστος ἀπέκ-  
τενε.

tur. Ac ferè omnes tumoribus corripieban-  
tur, & in aquam inter cutem evadebant. Hor-  
rore concutiebant, & sub mortem delirabant.

19. Erat autem tabidorum species ex iis qui  
glabri erant, subalbidi, lentis colorem referen-  
tes, subrubri, cæsiis oculis, pituitâ albâ re-  
dundantes, & quibus scoptula operta alarum  
instar à tergo extabant atque prominebant,  
mulieresque eodem modo se habebant. Itidem  
& qui ad atram bilem generandam essent ido-  
nei, & subsanguinei. Atque hos febres arden-  
tes & phrenitides, & intestinorum difficultates  
tentabant. Juvenes crebræ & inanes egeren-  
di cupiditates, pituitos longa alvi profluvia,  
acria & pingua ventris recrementa biliosos vex-  
abant.

20. Omnibus autem quos paulò suprà de-  
scripsimus, ver quidem erat molestissimum plu-  
rimosque

τάνε τὸ δὲ Σέρρων ἥπιτον, καὶ ἐλαχίσι απώλεια  
λιπτο· οὐδὲ φθινοπώρος, καὶ τὸν Πληνίαδα πά-  
λιν ἔθιτσκον οἱ τολλοὶ τελαρίαι· Δοκέοι δέ  
μοι προσωφελῆσαι κατὰ λόγον τὸ γλυκόμηνον Σέ-  
ρρω· τὰς γὰς θερινὰς νόσους χειμῶν ὑπογλυκόμηνω-  
λίδη· καὶ τὰς χειμερινὰς Σέρρων ὑπογλυκόμηνον  
μεθίζοι· Καὶ τοι αὐτόγε τὴν ἑώστην τὸ γλυ-  
κόμηνον Σέρρω, ἐκ σύναθεσ ἐγένετο, ἀλλ' ἐξαιφ-  
νης θερμόν, καὶ νότιον. Καὶ ἀπνοον· ἀλλ' ὅμως  
τοι πρὸς τὸ ἄλλον κατάστασιν μεταλλάξαν, ὡφέ-  
λησε.

21. Μέγα δὲ μέρρων ἡγεμονική τεχνης οὗ  
τὸ διάσαδε Σκοπεῖν, καὶ τοι τὸ γενεραλμήνον  
ἔρθως· οὐδὲ γνθε, καὶ χρεόμην τάτοις, ἐκ αὖ  
μοι δοκέη μέγα σφάλλεας ἐν τῇ τέχνῃ. Δεῖ  
δέ

rimosque sustulit. Aestas verò placidissima,  
minimèque multi perierunt. Per autumnum  
rursus & sub Vergilias, multi interierunt quar-  
tanā febre detenti. Mihi porrò videtur aestas  
illa meritò multùm profuisse. Aestivos nam-  
que morbos succedens bruma solvit, & bru-  
males adveniens aestas dimovit. Quamquam  
quæ tunc fuit aestas ex se se non satis suæ na-  
turæ constabat, verùm derepente calida, au-  
strina, & à ventis filens fuit, nihilominus ta-  
men ad aliam temporis conditionem mutata  
profuit.

21. Per verò magni in arte aestimo posse de-  
iis, quæ scripsimus, cogitationem rectè susci-  
pere. Eorum namq; usum qui calluerit, is mihi  
non magnoperè videtur in arte aberrare posse.  
Exactè

δὲ καταμαθάνειν ἀκριβῶς τὸ κατάστασιν τῷ ὥρεῖ  
ων ἐπάξιον, καὶ τὸ νόσημα· αἵματὸν δέ, τι κοινὸν  
ἐν τῇ καταστάσῃ, οὐδὲν τῇ νόσῳ· κακὸν δέ, τι κοι-  
νὸν ἐν τῇ καταστάσῃ, οὐδὲν τῇ νόσῳ· μακεὸν δέ,  
τι νόσημα, καὶ θανάσιμον· μακεὸν δέ, τι, καὶ δι-  
αλετήκος· οὖν, δέ, τι θανάσιμον· οὖν, δέ, τι  
διαλετήκος· τάξιν τὸ κριτίμων· ἐκ τέτων Σκο-  
πεῖδες, καὶ προλέγειν ἐκ τέτων σύπορες). Εἰ-  
δότι δὲ τέτων έξιν εἰδένει, δέ, καὶ στέ, καὶ  
ώς δὲ Δημοσίου.

IO

## ΕΚΚΑΙ

Exactè autem tenere oportet propriam cuius-  
que temporum anni conditionem, & statum,  
morbūque ipsum, & quidnam boni commu-  
ne sit constitutioni cum morbo, quidnam &  
mali constitutio, aut morbus inter se commu-  
ne habeant. Et quisnam morbus diuturnus  
& exitium afferat, aut quisnam diuturnus  
& ex quo ægri evadant: Et quisnam præceps  
& exitialis, aut quisnam præceps & salutaris.  
Atque ex his ipsis tum judicatoriorum dierum  
series observanda est, tum etiam prædicen-  
di facultas suppetit. Ac in his exercitatio  
proclive est instituendæ victūs rationis tempus  
& modum cognoscere, & quibusnam ea præ-  
scribenda sit.

## ΕΚΚΑΙΔΕΚΑ ΑΡΡΩΣΤΟΙ.

## ΠΡΩΤΟΣ.

22. ΕΝ Θάσῳ ἦν Παρέιων, ὃς κατέκειο  
τὸ ἔργον Αργείου, τιμωτὸς ἐλαῖεν  
οἶξεν· κατ’ ἀρχὰς δὲ ἔως εἰσῆλθεν,  
ψώμην· ἀρχόμενος καμαλίδην, καὶ αὐθίς ἀ-  
γρυπνός· κοιλίη ταραχώδης ὥντος· ἔρε-  
λοντά. Εκτῇ, ἔρησεν ἐλαιῶδες· ταρένερεσεν.  
Εὗδίμη, ταρφύσαθη τάντα· οὐδὲν ἐκοιμήθη·  
οὐαλλ’ θεά τε ὅμοια, καὶ τὰ τέ γνώμην ταραχώ-  
δεα· ἀπὸ δὲ κοιλίης, χολώδεα, λιπαρὰ διῆλ-  
θεν. Εἴτα τῇ ὥρᾳ, Σμικρὴν ἀπὸ ρινῶν ἔ-  
ταξεν.

## ÆGROTI SEXDECIM.

## PRIMUS.

22. PArīi filius in Thaso, qui supra Dianæ  
fanum decumbebat, febre acutâ cor-  
reptus est, statim quidem assiduâ, ardente, si-  
ticulosâ. Per exordia sopore detinebatur, rur-  
susque vigiliis vexabatur. Alvus inter initia  
turbulenta, urinæ albæ. Die sexto, oleosam  
urinam reddidit, deliravit. Septimo, exacer-  
bata sunt omnia, non dormivit. Quin & uri-  
næ similes & mens perturbata. Ex alvo verò  
bilioſa & pinguia prodiere. Octavo deinceps,  
parum ex naribus stillavit, vomitione refusa  
sunt

ταξεν· οὔμεσεν ἰώδεα, ὄλιγα· Συκεά ἐκοιμήθη· Ενάτη, Δράστη τῷ αὐτῶν. Δεκάτη, πάντα ξωμάτων. Ενδεκάτη, οὐδεωσεν, εἰ δὶ ὄλε· πολέμησε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Δωδεκάτη, πυρετὸς ὡξύς, Φραγμόματα χολώδεα, λεπτὰ, πολλά· φεριστιν, ἐναώρημα· παρέκρουσεν. Επτάκαιδεκάτη, θητιπόνως· οὔτε γῆ ὑπνοι, οὔτε πυρετὸς ἐπέτεινεν. Εικοσῆ, οὐδεσε δὶ ὄλε· ἀβρυπτῷ· Φραγμόματα χολώδεα· ἀπόσιτῷ, κωματώδης. Εικοσῆ καὶ τετάρτη, πτωτέρεψε. Τετακοσῆ καὶ τελάρτη, ἀπυρτῷ· κοιλίη ἢ Σωταρίτη· καὶ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Τεσαρακοσῆ, ἀπυρτῷ· κοιλίη ξωτῆ Χερόν· ἢ Συχνή· ἀπόσιτῷ· Συκεά πάλιν

sunt virulenta, pauca, aliquantulum quievit. Nono, eadem perseveravere. Decimo, cuncta remiserunt. Undecimo, sudor, sed non toto corpore dimanavit. Corporis quidem summa perfrixerunt, sed mox recaluit. Duodecimo, graviter febricitavit, alvi recrementa biliosa, tenuia, copiosa. In urinis suspensum quid in medio innatans inerat, deliravit. Decimo septimo, permolestè habuit. Nam neque somni aderant, & febris intendebatur. Vigesimo, sudor undique profluxit, pervigil fuit, dejectiones biliosæ, cibum aversabatur, sopore detentus est. Vigesimo quarto, recidiva contigit. Trigesimo quarto, à febre immunis fuit, alvus non substitit, moxque recaluit. Quadragesimo, sine febre, alvus non diu substitit, cibum aversabatur, rursus aliquantulum febricitavit, idque


λιν ἐπύρεατε, καὶ οὐδὲ ταυτὸς τεπλαυημάρως?  
 ἀπυρθείτε, τὰ μὲν, τὰ δὲ θεῖτε. Εἰ γέ τοι οὐχιλέπ-  
 ποι καὶ οὐχικριστεν, τάλιν νόσον βεφε. Σι-  
 ταρίοισι τε πολλοῖσι, καὶ φαύλοισι προσεχεῖ-  
 το. ὅπνοι κακοὶ πεῖ τὰς νόσουεφάς· παρέ-  
 κριθει. Οὐρα πάχθε μὲν ἔχοντα θρόψ τηνικαῖ-  
 τα, παραχώδεα δὲ, καὶ πονεῖ· καὶ κατά-  
 κοιλίην Συιτάμην, καὶ τάλιν οὐχιλύμην·  
 πυρέτια ξινεχέα· οὐχιωρήματα πολλά,  
 πολεπτά. Εν δὲ τῇ ἑκατοντῇ καὶ εἴκοσῃ ἡμέρῃ,  
 ἀπέθανε. Τέττα κοιλὶν ξινεχέως αἴπο τὸ περι-  
 της ύγρην χολώδεσιν, ὑμείσι, πολλοῖσιν λί, η  
 ξινιτάρημάν σὺ ζέσι, καὶ ἀπέποισιν· θερα οὐ-  
 τέλεθε κακά· κωματώδεα τὰ πλεῖστα μῆτρα  
 γυναι· ἀγρυπνία, ἀπόσιτο· Σινεχέως Καῦσθ.

perpetuo inordinatè, partim quidem à febre li-  
 ber, partim verò non. Nam si quando intermit-  
 teret allevaretque, statim repetebat. Cibariis eti-  
 am multis, vilibus & vitiōsis utebatur. Circa  
 recidivas somni mali, deliravit. Urinæ tunc  
 reddebat crassas quidem, verū turbulentas  
 & pravas. Ex alvo coacta, moxque diffluen-  
 tia demittebantur. Febriculæ assiduae aderant,  
 dejectiones multæ, tenues. Centesimo & vi-  
 gesimo die, defunctus est. Huic alvus ab ini-  
 tio continenter biliōsis, liquidis, multis difflu-  
 ebat, aut si consisteret, fervida & cruda dej-  
 ciebat. Urinæ per totum morbum malæ. So-  
 pore ferè detinebatur, nec sine doloribus, erat-  
 que insomnis, cibos avertabatur, assiduèque fe-  
 bris ardens vexabat.

## DEMONSTRATIO.

**I**N hoc ægroto qui quatuor menses duravit, paucorum tantummodo dierum symptomata numerantur. Ergo non nisi generalia febris præfigia hinc eruenda sunt, viz. morbi periculum, diturnitas, & exitus. Periculum morbi imprimis ostendunt vigiliæ (1) & coma cum alvo liquida (2); nec fausta magis indicia de se præbuit urina continuò mala, alba scilicet (3), vel oleosa (4), vel turbida (5). Idem resonat alvi status, humida nempe (6), biliosa, & aquosa; vel si constitit, fervida & cruda demittentis (7). Ejusdem omnino profaciæ est appetitus prostratio (8). Nec toto morbi decursu, minimum bonæ spei symptoma, præter ea quæ morbi diturnitatem præ se ferebant, illuxit, viz. frequentes indicaciones imperfectæ (9), ut alvi fluxus sæpe repetentes, vomitus & sudores. Idem crebræ frigoris & caloris mutationes denotant (10). Undecimo perfixit, & rursus statim recaluit; vigesimo remisit febris, vigesimo quarto revertit; trigesimo quarto ἀπυργω, rursus recaluit; quadragesimo ἀπυργω, rursus febricitavit; & ab hoc tempore inordinate omnino morbus processit. Mutationes autem non tantum ratione frigoris & caloris, sed universim ferè in reliquis phænomenis obtinebant, viz. urina nunc alba (11), nunc oleosa, & crassa, & turbida; alvus nunc fluida, nunc consistens; & ut uno verbo dicam, vigiliæ & co-

ma alternatim præsidebant. Ex dictis patet, morbi longitudinem & periculum prævideri potuisse; nec dubito, quin eadem certitudine prævidenda fuisset fatalis dies, si quotidiana symptomata ad finem usque recensita fuissent: Die enim legitimo, & decretoriorum ultimo, ægrotus animam efflavit.



### ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Υπρεψα, ἀγρυπνίη,  
ἀμφότερα τοῦ  
μετρία μᾶλλον γένος  
μῆνα, κακού.

2. Οἶστι κῶμα γίνεται,  
ἐπάφρου πλευστικήθει-  
των, πυρετὸς παρ-  
έξαντες ὄξεις.

Καὶ τοῖσι κωματώ-  
δεσι νεωθρόμηνοισι ὑ-  
γεὴν θλαχώρημα, κά-  
κις οὐ.

3. Όκόσοισιν θέρα  
θλαφάνεα, λόκκα, πο-  
νήσα. Μάλιστα δὲ σὺ-  
τοῖσι φρενιτικοῖσιν θη-  
φαίνεται.

4. Καὶ τὰς λιπαρό-  
τητας δὲ τὰς ἀκού εφι-  
ταρμένας, αράχνοειδέας,  
μέμφεδες.

1. **S**Onnus, vigiliæ, utraque modum excedentia, malum. Aph. S. 2. No. 3.

2. Quibus sopor fit spumosis prodeuntibus, his febris exacerbatur acuta. Prædict. S. 12. L. 1.

Et soporosis torpefactis liquida egestio, pessima est. Co. S. 6. No. 39.

3. Quibus urinæ pellucidæ albæ, malæ. Maxime autem in phreniticis observantur. Aph. S. 4. No. 72.

4. Sed & pinguedines supernè instantes, araneorum telis similes, damnare

μέμφεσθ. Εωτήσιο  
γδ σημεῖα.

5. Πάντα γδ τὰ δά-  
σεῖα θερ, καὶ ἀνατελ-  
εαγμῆια, σημεῖον ἀκε-  
βῆς κεφαλαλγίας, μαὶ  
πασμός, καὶ θάνατος.

6. Αἱ διποχρέμψιες  
οὐ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι  
μηδὲ διφλείπτουσι οὐ πε-  
πιδναὶ, καὶ αἷμαλώδεες,  
καὶ δυσωδέες, καὶ χο-  
λώδεες, πᾶσαι κακαὶ.  
Αποχωρίσται δε κα-  
λῶς, αὐγαθαὶ. Καὶ κα-  
τὰ τὰς διαχωρίστας,  
καὶ κατὰ τὰ θερ.

7. Πεπασμῷ ταχύ-  
τητα κρίσιο, καὶ ἀ-  
σφαλίη εἰς ὑγείαν ση-  
μαίνεται. Ωμὰ δὲ, καὶ  
ἀπεπτα, καὶ εἰς κακὰς  
διποτάσιας πρεπόμηνα,  
ἀκρίσιας, η̄ πόνων, η̄  
χεριῶν, η̄ θάνατος, η̄  
τῆς ἀντων παρεφάσ. Οἱ  
μάλιστα, Σκέπτεον δέ  
ἄλλων.

dannare oportet. Col-  
liquationis enim sunt  
signa. Prænot. S. 12.

5. Omnino enim den-  
sæ & conturbatæ urinæ  
certum signum sunt  
doloris capitis, convul-  
sionis, & mortis. M.  
Pop. P. 874.

6. Excreations in  
febribus non intermit-  
tentibus lividæ, & cru-  
entæ, & graveolentes,  
& biliosæ, omnes ma-  
læ sunt. At probè se-  
cedentes, bonæ. Et  
eadem ratio est quoad  
alvī egestiones, & quo-  
ad urinas. Aph. S. 4.  
No. 47.

7. Concoctiones ce-  
leritatem judicationis,  
& securitatem sanitatis  
promittunt. Cruda ve-  
rò, & inconcocta, &  
in malos abscessus con-  
versa, aut imperfectas  
judicationes, aut dolo-  
res, aut diuturnitatem,  
aut mortem, aut eorun-  
dem recidivas. Quod  
verò ex his potissimum  
futurum sit, ex aliis  
considerandum est. M.  
Pop. P. 661.

8. Ἐν τάσιν νόσω  
τὸ ἐρρῶσις καὶ θρίψιαν,  
καὶ σὺ εἶχεν πεῖρας τὰς  
πεφοεῖσι, ἄγαθον. Τὸ  
δὲ στραντίον, κακὸν.

9. Κρίσιες δὲ καὶ  
ἀφίσιες τῷ καυσὸν ση-  
μαίνοντων, μακέρτεραι  
ἢ νόσοι.

10. Καὶ ὅπερ ἐν ὅλῳ  
τῷ σώματι μελάβολαι,  
καὶ ἢν τὸ σώμα κατὰ  
ψύχηται, οὐ ἀθίσ θερ-  
μαίνηται, οὐ χεῦμα ε-  
περνεῖται ἐπέρρει γίγνεται,  
μῆκος νόσος σημαίνει.

11. Ἐν τοῖσι πυρε-  
τοῖσιν εἴαν μελάβολας  
ἔχη τὸ θερν, χεύοντες  
σημαίνει, καὶ ἀνάγκη  
τῷ αἰθενέοντι μελάβα-  
λειν καὶ δῆτα τὰ χεῖσιν,  
καὶ δῆτα δακτεραῖς.

8. In omni morbo  
mente valere, & bene-  
se habere ad ea quae of-  
feruntur, bonum est.  
Contrarium verò ma-  
lum. Aph. S. 2. No. 33.

9. Judicationes & re-  
missiones eorum quae  
febrem ardētēm signi-  
fificant, longiorēm mor-  
bum faciunt. Judicat.  
S. 4.

10. Et ubi in toto  
corpore mutationes fi-  
unt, & si corpus per-  
frigeretur, aut rursus  
calefiat, aut color aliis  
ex alio oriatur, morbi  
longitudinem signifi-  
cant. Aph. S. 4. No.  
40.

11. In febribus si  
mutationes habuerit  
urina, diuturnitatem  
significat, & necesse  
est ægrotum mutari &  
ad deteriora, & ad al-  
teram partem. Judicat.  
S. 7.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

23. ΕΝ Θάσῳ, ἣ καλακαιμύης ὡρᾷ τὸ φυ-  
χέον, ἐκ τόπου συγατέρα τεκνσαν,  
καὶ καθάρσιῷ μηδὲ γινομένης, πυρετὸς ὁξὺς φε-  
νώδης τελαινὸς ἔλαβεν. Εκ χεωνὸς δὲ πολλὰς  
φρεσὶ τόπου, πυρετώδης λιμὸς καλακλινής, ἀπό-  
σιτο. Μῆτρα δὲ τὸ γένος μηδὲ, ξανθέες,  
οὐρέες, φερκάδεες οἱ πυρετοί. Ογδόη, πολλὰ  
παρέκρισε, καὶ τὰς ἐχομένας, καὶ ταχὺ πάλιν  
καλεῖσθε· κοιλίᾳ ταραχώδης, πολλοῖσι, λεπτοῖ-  
σιν, ὑδατοχόλοισιν· αἴσιψι. Ενδεκατῇ, κα-  
τενὸς· κωματώδης δὲ λιμὸς. Ζεῦ πολλὰ, λεπτὰ,  
καὶ μὲλανα· ἄγρυπνο. Εἰκοσῆς, Κυκεῖ,  
ἀστερέψυξε;

## ÆGER SECUNDUS.

23. QUAE in Thaso ad frigidam decumbebat,  
ubi filiam enixa est, nec purgationes  
irent, eam tertio die, febris acuta cum hor-  
roris sensu corripuit. Ex longo tamen ante  
partum intervallo ex febre decumbebat, ci-  
bumque fastidiebat. Post rigorem autem fe-  
bres fuerunt assiduae, acutae, cum horrore.  
Octavo, proximisque diebus multum deliravit,  
statimque ad intelligentiam rediit. Alvus per-  
turbata, multa, tenuia, aquosa, bile permixta  
demisit, absque siti erat. Undecimo, mente  
constabat, sopore tamen detinebatur, urinas  
multas, temues & nigras reddidit, pervigil erat.

ανείστηκε, καὶ ταχὺ τάλιν ἀνεθερμάνθη. Συμ-  
πέκειται ταρέλεγεν· ἄγρυπνος· τὰ κάτω κοιλίης,  
ὅπερ τὸ αὐτῶν· θεραπεύει, ταχλά. Εξδό-  
μη καὶ εἰκοσῆ, ἀπυργος· κοιλίη ἔωστη· 5  
ταῦλλω δὲ χερώντες, ἵχις δεξιῇ ὅδων ἵχυ-  
ρη, χερόντων ταχλά· πυρετοὶ τάλιν ταρέ-  
ποντο, καὶ θεραπεύει. Τεσσαρακοσῆ, τὰ  
μὲν τῷ τὸ ἵχιον, ἐπεκάψφισε· βῆχες δὲ ἔωστης,  
ὑγειαί, ταῦλαι· κοιλίη ἔωστη· ἀπόστολος· 10  
τὸ δέ τὸ αὐτῶν· οἱ δὲ πυρετοὶ, τὸ μὲν ὅλον ὡς  
ἐκλείποντες, πεπλανημένοις δὲ παρεξαόμενοι,  
τὰ μὲν, τὰ δὲ οὔ. Εἰκοσῆ, αἵ μὲν βῆχες ἀσήμως  
ἔξελιπον, οὔτε γέ τις τῶν ταῖναλων πεπασμένες ἐγίνε-

το,

Vigesimo, corporis summa paulum perfixerunt, moxque calor rediit, non nihil mente mota est, pervigilavit. Alvi dejectiones eadem perseverarunt, urinæ dilutæ, multæ. Vigesimo septimo, à febre immunis fuit, alvus substitit. Non longè verò post ad coxendicem dextram vehemens enatus dolor diu tenuit, febres rursus subsecutæ, & urinæ aquosæ. Quadragesimo, circa coxendicem dolores allevarunt, sed tusses assiduae, humidæ, multæ tenuerunt, alvus suppressa est, cibum fastidiebat, urinæ eadem. Febres verò in totum quidem non desinebant, sed errabundas & incertas habebant accessiones, & partim quidem sic, partim verò non prehendebant. Sexagesimo, tusses absque ullâ iudicationis significatione defecerant. Neque enim ulla sputorum con-  
coctio

το, ὅτε ἄλλη τὸ εἰθισμήσων ἀπόστασις. Σιαγῶν  
δὲ, οὐ ἐκ τὸ βῆπι δεξιᾷ, πατεσσάδη· κωμαῖόδης·  
ταρέλεγε τάλιν, καὶ ταχὺ καλενός· ωρὸς δὲ  
τὰ γύμνατα, δύπνενοντα μήτηρας ἔχεν· οὐ Σιαγῶν μὲν  
ἐπανῆκεν· οὐ κοιλίη δὲ, χολώδεα, Κυκρὰ διέ- 5  
δωκεν· ἐπύρεοιν δέξυτερος· φρεκώδες· καὶ τὰς  
ἐχομήνας ἀφωνῶ· καὶ τάλιν καλενός, καὶ διε-  
λέγετο. Καὶ ὡγδονκοῦ, ἀπέθανε. Ταῦτη τὰ  
τὸ θέρων θέσει τέλεως λιμέλανα, καὶ λεπτὰ, καὶ  
ὑδατώδεα· καὶ κῶμα ταρέπετο· ἀσιτῶ, ἀθυ- 10  
μῶ, ἀγρυπνῶ· ὁργαὶ, δυσφορία, τὰ ωσὶ τὸ  
ζνώμην μελαγχολικά.

coctio extitit, neque aliud quicquam eorum,  
quae abscedere solent. Maxilla dextra convul-  
sa est, sopore detinebatur, rursus deliravit, sta-  
timque ad mentem rediit. Cæterum à cibis  
averso erat animo, maxilla quidem loco resti-  
tuta est, alvus autem biliosa pauca transmisit,  
febris intensior fuit, nec sine horrore, proxi-  
misque diebus voce defecta est, rursusque ad  
intelligentiam rediit & sermocinata est, octo-  
gesimoque expiravit. Urinæ huic perpetuò  
nigræ, tenues & dilutæ fuerunt, soporque co-  
mitabatur, cibos non sumebat, animum de-  
spondebat, pervaigil, iracunda, implacida, mens  
atrâ bile tentabatur.

## DEMONSTRATIO.

**H**UJUS ægrotæ *νετογεφία* eodem, quo  
præcedens, defectu laborat; ex octogin-  
ta quippe quibus febricitavit, octo solummo-  
do dierum symptomata recensentur. Magna  
quoque inter utriusque morbi genium simili-  
tudo fuit. Vigiliae & sopores, alvus aquosa,  
biliosa, vel dura, urinæ perpetuò malæ, symp-  
tomatum vicissitudines, frequentes judicatio-  
nes imperfectæ, & *ἀποστια* ambobus commu-  
nia erant. Horum igitur ratio ex præcedenti  
historiâ petenda est, quæ verò huic propria  
erant, ulteriùs adhuc expendenda sunt.

Puerpera hæc melancholica diu ante partum  
ex febre decubuit, unde non mediocre pericu-  
lum (1). Sed cum toto illo tempore *ἀποστια*  
quoque fuit, proculdubio non leviter mace-  
rabatur; ideoque plurimum metuendum est,  
vel abortum vel partum periculosum subeun-  
dum esse (2). Ab ipso igitur partu lochia  
defuerunt, unde febris acuta cum urinis ni-  
gris (3), tenuibus (4), aquosis, cum haud  
multò melioris notæ dejectionibus. Nigra  
verò hæc excreta non mortis instantis erunt  
signa, quoniam puerpuris admodùm aliena  
non sunt; & nonnunquam (cæteris ritè pro-  
cedentibus) febrem solvunt (5). Observavit eti-  
am Galenus in morbis puerarum urinas om-  
nibus infectas, quasi fuligo quæpiam in eas  
incidisset; novitque quandam mulierem quæ,  
talibus urinis magnâ copiâ evacuatis, multùm  
juvabatur.

juvabatur. Sed præterea hæc mulier atrabilaria fuit, eoque minùs adhuc urina nigra reformidanda est; talem enim Galenus atrabilariis valde familiarem esse testatur. Quod olim innuisse videtur Hippocrates, cùm ait, In erroneis febribus nubeculæ nigræ quartanam indicant (6); quartanæ autem, veterum ferè omnium consensu, ab atrâ bile oriuntur. Hinc patet necessitas doctrinam Hippocraticam accuratiūs cognoscendi. Magnis enim erroribus obnoxius erit medicus, qui non nisi perfunctoriè hos fontes libaverit; talis quippe, ex urinâ nigrâ die undecimo redditâ, mortem in decimum quartum pronunciare non dubitâsset. Multa quoq; sunt alia, quæ ejusdem farinæ medicis spem vitæ falsam excitâssent, viz. cùm humores, qui die octavo delirium inducebant, paulò pòst, cum remissione delirii, ad intestina divergerent; dein die vigesimo septimo materia febrilis, relictis intestinis, coxendicem cum ἀπυρεξίᾳ invasit; postea cùm maxilla priùs convulsa restituebatur; & demum, cùm post vocis privationem rursus sermocinata est, & ad intelligentiam rediit; hæ materiæ morbificæ mutationes cum levamine in doctrinâ Asclepiadum minùs versato reddituræ salutis spem fecissent. Sed ex hisce ipsis tam faustis signis, medicus verè Hippocraticus & folus futuri præsciens spem blandam immotus rejecisset: Probè doctus, periculosos esse humorum atrabiliorum à loco ad locum decubitus (7), & levamina hæc non secundum rationem evenisse, nec quicquam proinde ex his mutationibus, præter morituræ precariam ampliationem, sperandum fuisse.

తీటికీటికీకీకీకీకీకీకీ!

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Γνωστὶ σὲ γα-  
τεὶ ἔχοσιν απὸ  
τίνᾳ τῷ δέσμῳ νεσ-  
μάτων ληφθῶσαι, οὐ-  
νάσιμοι.

2. Ὁκοσαὶ σὲ γα-  
τεὶ ἔχοσαὶ απὸ πυρε-  
τῶν λαρυγόνοις, καὶ  
ἰχυεῦσι ἕχοντοις αὐτοῖς  
αφεφάσι. Φανεροῖς,  
τίκλοις χαλεπώσι καὶ  
ὅπῃ κινδύνωσι, καὶ ἐκ-  
πιτρέψκασαι κινδύνο-  
μοι.

3. Εἰς τὸν δὲ πυρ-  
ετὸν τὴν τὸ δέσμον καὶ  
λεπτὸν, Κηραίνει τὸ νε-  
σμα απεπτὸν τούτον. Ἡν-  
δὲ πυρετούνοις εἴη τοι-  
τον εὖν, κινδύνῳ μη  
εἰδωντες. ἀνθεψπο-  
λιαρκέστας εἰς τὸν πε-  
τανθῆ ην νεστός. Θα-  
νατωδεῖς εἰς

1. M Ulierem in uter-  
o gerentem  
ab acuto aliquo morbo  
corripi, lethale. Aph.  
S. 5. No. 30.

2. Quæcunque in  
utero gerentes à febri-  
bus corripiuntur, &  
vehementer attenuan-  
tur absque manifestâ  
causâ, difficulter & pe-  
riculosè pariunt, aut  
abortientes periclitantur.  
Aph. S. 5. No. 55.

3. Quamdiu verò  
fulva fuerit urina & te-  
nuis, morbum incon-  
coctum esse significat.  
Si verò & diurna fu-  
erit talis, periculum est  
ne sufficere homo non  
possit donec urina con-  
cocta fuerit. Lethali-  
ores

ναῖλωδεῖσθαι δὲ τῷ θ-  
ρυντά τε δυσώδεα, καὶ  
ὑδατώδεα, καὶ μέλανα,  
καὶ παχέα.

4. Ὁκοσοι δ' ἀνθερα  
λεπτὰ καὶ ὄμοι θρέψι  
πεπλὴν χερόν, ἢν τούτη  
ἄλλα ὡς πεπλεωμάρμοι-  
σι σημεῖα ἢ τυπέοισι,  
ἀπόστασιν δὲ περιστέ-  
χεσθεῖσι τὰ κάτω τῷ  
φρενῶν χώρα.

5. Γυναικὶ δὲ ἐκ τούτων  
καὶ ἐθση καθαρσίς ἐπίλυτη,  
ἢ καὶ σύμπαρθεώς χωρέδ.  
--- Ξυμβιβεῖται ὥστε μήν  
περισταίνειν. --- Ημέρη  
δὲ περιπτη, οὐδὲ δύσμορη  
ἐξτιν, ὅτε οὐκοιλίν τα-  
χέοσεται, καὶ παχω-  
ρέει μέλανα, καὶ κά-  
κοδμα κάρτα ἄλλοτε  
καὶ ἄλλοτε, καὶ ὡς οὐ-  
γειον θρυν. Καὶ ἢν οὐ-  
πέλθῃ, δοκέει οἱ γνίτε-  
ρον εἶναι, καὶ μελεδαι-  
νομένην σὺν τάχει ὑγιής  
γίνεται.

6. Τὰ δὲ ἐν πλα-  
γώδεσι περιστοῖσι μέ-  
λανα

ores autem sunt urinæ  
fætidæ, & aquosæ, &  
nigræ, & crassæ. Præ-  
not. S. II.

4. Quicunque urinas  
tenues & crudas min-  
gunt multo tempore, si  
alia veluti superstitibus  
futuris signa fuerint,  
his abscessum expecta-  
re oportet ad locos in-  
fra septum transver-  
sum. Prænot. S. II.

5. Quum puerperæ  
purgatio non facilè  
procedit.--- Continget  
ipsam febricitare.----  
Postea die quinto aut  
septimo aliquando ven-  
ter turbatur, & sece-  
dunt nigra, & valde  
graveolentia aliás atq;  
aliás, & urina velut as-  
nina. Et si secesserint,  
videtur sibi melius ha-  
bere, & curata brevi  
fana fit. Morb. Mulier.  
P. 452. S. 6.

6. At in febribus er-  
roneis nigræ nubecu-  
lae,

λανας οεφέλιας τελαρ<sup>η</sup> λα, quartanam indicant. Coac. S. §. No. 50.

7. Τοῖσι μελανχολικοῖσι ιγομάσιν ἐστὰ δὲ ὅπκινδυνοι αἱ δόποσκήτιες, η̄ δόποπληξίλιι τὸ σώματό, η̄ στασμὴν, η̄ μανίλιι, η̄ τύφλωσιν σημαίνουσι.

7. In morbis melancholicis ad hæc periculosi sunt humorum decubitus, aut corporis siderationem, aut convulsionem, aut insaniam, aut cæcitatem significant. Aph. S. 6. No. 56.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

24. **E**N Θάσῳ, Πυθίωνα, ὃς κατέκειτο ἔτει  
εἰνώ δὲ Ηεραλείβ, ἐκ τόνων, καὶ  
κόπων, καὶ θραύσης γήραιμόντος ἀμελεῖς, ρίγων  
μέγα, καὶ πυρετὸς ὅξες ἐλασσε. Γλῶσσα ὅπερ-  
ξηρωτα· διψάδης, χολώδης, οὐχ ὑπνωσεν· δεξ  
παυμέλανα, σταύρημα μελέωσον· οὐχ ιδρυτο.  
Διπτέρη, τοῦτο μέσον ήμέρης, τύξις ἀκρέων, τὰ  
τοῦτο χειρας καὶ πεφαλινού μᾶλλον· αγαυδω,  
ἀφωνωτα, βεραχύπνωτα ὅπερι χεόνον πελλα· ἀνε-  
θερμάνθη· διῆτα· νύκτα δι' ήσυχίης, οὐδεωσε τοῦτο  
πεφαλινού Σμικρά. Τεττη, ήμέρη δι' ήσυχίης,  
οὐτε

## ÆGER TERTIUS.

24. **P**Ythionem in Thaso, qui supra Hercu-  
lis fanum decumbebat, ex laboribus &  
lassitudinibus negligenterque subductā victus  
ratione, rigor vehemens & febris acuta pre-  
hendit. Lingua resiccata erat, siticulosus, bile  
abundans, somnum non cepit. Urinæ nigri-  
cantes, sublime quid in medio suspensum ha-  
31. **Ε**Ν Αβδύνοις, Νικόδημον, ὃς ἀφεθί-  
σιων καὶ τοῖσιν, τῷρες ἔλαβεν. Αρ-  
χόμενος δὲ λιγὸς ασώδης, καὶ παρθέναλγυπός, δι-  
5 φάδης· γλῶσσα ἐπεκαύθη· θραλεπτὰ, μέλανα.  
Διπτέρη, ὁ ωρετὸς παρεψησθήτη· φευκώδης, α-  
σώδης· εὖλον ἐκοιμήθη· ἡμεσε χολώδεα, ξανθά·  
8 θρασματια· νύκτα δὲ ισυχίας· ὑπνωσην. Τείτη,  
ὑφῆκε πάντα, Ρατών δὲ λιγὸς· πελτὴς δυσμάς,  
10 πάλιν ἀπεδυσφόρος· νύκτα ὅπποντας. Τελάρη,  
μίγος, ωρετὸς παλὺς, πόνοις πάντων· θρα-  
λεπτά·

## ÆGER DECIMUS.

31. **A**bderæ, Nicodemus ex venere & potu febre correptus est. Per initia autem, stomachi fastidio & oris ventriculi dolore cum siti conflictabatur. Lingua exusta est, urinæ tenues ac-nigræ. Postridie febris invasit cum horroris sensu & stomachi fastidio, nihil dormivit, biliosa, flava, vomitione sunt refusa, urinæ eadem perseverabant, noctem quietam transegit, somnum cepit. Tertio die, imminuta sunt omnia, & tranquillitas adfuit. Sub Solis occasum rursus corporis implaciditate aliquantulum tentatus est, noctem permolestè tulit. Quarto, rigor cepit, febris magna, omnium dolores aderant, urinæ tenues erant, ac suspensum quiddam in medio

λεπτά· ἐναιώρημα. Εκήν, παρέκρυψε πολλά·  
Εβδόμη, φατών. Ογδοη, τὰ ἄλλα ξωέδωκε  
πάντα. Δεκάτη, καὶ τὰς ἐπομένας, συῆσαν μὲν  
οἱ πόνοι, οἵασον δὲ πάντες. Οἱ δὲ παρεξυσριδί,  
καὶ οἱ πόνοι τελέω θύμῳ τέλεω σὺν αρίστιν οἵσαν 5  
μᾶλλον. Εικοστὴ, ψρυσε λόγκον, πάχθω εἶχε,  
καίμηνον ἢ καθίσατο· ἴδεωσε πολλά· ἔδοξεν  
ἄπυρθω γνέως, δείλης δὲ πάλιν ἐθερμάνθη, καὶ  
οἱ αὐτοὶ πόνοι· φείκη, δίψα· Συκεψὲ παρέ-  
κρυψεν. Εικοστὴ τελάρη, ψρυσε παλλή, λόγκον, 10  
πολλὰς χάστασιν ἔχον· ἴδεωσε πολλῷ περ-  
μῷ διὰ ὅλη. Απυρθω, ἐκεύθη.

medio innatans habebant. Sexto, multum deliravit. Septimo, allevatio fuit. Octavo, cætera remiserunt omnia. Decimo, sequentibusque diebus dolores quidem tenuerunt, verum leviores erant. Accessiones vero & dolores hunc perpetuo diebus ferè paribus invaserunt. Vigesimo, urinam reddidit albam, cui crassitudo inerat, nec deposita subsidebat, copioso sudore profuso visus à febre liber esse. Sub vesperam autem rursus incaluit, iidemque dolores vexarunt, horror adfuit, sitis, nonnihil deliravit. Quarto & vigesimo, copiosam urinam albam reddidit, in qua multa subsidebant. Sudore calido copioso per totum corpus diffuso, à febre iudicatione est absolutus.

## DEMONSTRATIO.

**I**N hoc ægroto, respirationis & virium corporis enarratio desideratur ; hisce enim multùm depravatis, vix diem quartum vel quintum superaturum ægrotantem speraverim : Sed cum secùs res cecidit, verisimile est integras admodùm fuisse vires, & respirationem non magnoperè læsam. Hoc si conceditur, urina nigra minùs metuenda erit, quæ, licet signum admodùm lethale sit, salutaribus tamen hisce non leviter compensatur ; namque vel in morbis gravissimis, respiratio inculpata (1) & robur corporis spem faciunt (2). Huic etiam conjecturæ vomitus laudabilis (3), nox quieta, & somnus cum remissione symptomatum suffragantur (4), nec post auspicata hæc signa, urina nigra rursus invaluit. Tenuis enim cum enaioresmate die quarto evasit, quæ quidem mutatio non improbanda fuit, licet phrenitidem indicavit (5), quoniam nigra existens mortem minata est, & omnes mutationes bonæ sunt (6), si non ad pejora mutantur. Quantum profecit vomitus ille criticus, ex jam dictis constat ; morbo autem in statu cruditatis amovendo omnino fuit impar. Ergo die quarto renovata est febris, & sexto delirium, quarto indicatum, aderat. Retusam fuisse morbi aciem post diem sextum, sequentium dierum imminuti dolores demonstrant. Febrilem verò ignem nec copiosus die vigesimo subortus sudor extinxit, nec vigesimo quarto renovatus pugnam diremisset, ni coctrices copiæ in auxilium insuper properassent.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. Εγπνοιαν δὲ χρην' νομιζειν πάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς Σωτηρίαν σὺν ἀπαστοῖσιν ὅξεσι νθυμάσιν, διὰ σὺν τυρετοῖσιν ἐτι, καὶ σὺν τεσαρέσκοντα ἡμέρησι κρίνονται).

Ἐν ταῖσιν νθυμῷ — σὺν ἔχειν περὶ τὰς περιφορὰς, ἄγαθον. Τὸ δὲ ἔνταῦθον, κακόν.

Ἐτὶ δὲ τὰ μὲν ἄγαθα πάδε, σύπετέως φέρειν τὸ νθυμα, εὔπνευτον ἔτι).

2. Τῆσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῷ τυρετῷ, ἢν τὲ τα- εφερσύνη δηπλήνῃ, ἢν τὲ ἀπόπληξι τῷ μελέων τινὸς, εἰδέναμε τὴν αὐθεωπον δηπλλυμένον, ἢν μη ταντάπασιν ή τὴν καλλίτων τὶ σημεῖον δηπλήνῃ, η σώματος ἀρέτη νθυμένῃ).

ΤΟΙΟΥ

1. **B**onam verò respirationem putare convenit magnam vim habere ad salutem in omnibus acutis morbis, qui cum febribus sunt, & in quadraginta diebus judicantur. Prænot. S. 4.

In omni morbo ---- bene se habere ad ea quæ offeruntur, bonum est. Contrarium verò, malum. Aph. S. 2. No.

33. Bona autem sunt hæc, facilè ferre morbum, bene spirare. Prænot. S. 14.

2. Cæterū in principiis febrium, sive delirium accesserit, sive alicujus membra syderatio, peritulum hominem sciendum est, si non omnino aut ex optimis signis aliquod accedit, aut corporis vires adsint. Prædict. L.

2. S. 23.

3. Ην, P p 2

3. Si,

3. Ἡν, οἵα δὲ κα-  
θαίρεσσι, καθαιρευται,  
ξυμφέρει τὲ, καὶ συ-  
φέως φέρεσσι. Τὰ δὲ  
ἐνάντια, δυχεῖσσι.

4. Αὐτὸν νοσήματι  
ὑπνῷ τόνον τοιέσσι,  
Σανάσιμῳ. Ἡν δὲ ὑπ-  
νῷ αφελέη, οὐ Σανάσι-  
μῳ.

5. Οκόσοισιν θερ-  
αψιανέα λόγια, το-  
ινεσσι. Μάλιστα δὲ ἐν  
τοῖσι φρενιτικοῖσιν θη-  
φαίνεται.

6. Αἱ μελαβολαὶ ὠ-  
φελέσσιν, οὐ μηδὲ το-  
ινεσσι μελαβάλλουσι.

3. Si, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt. Si verò contraria, difficulter. Aph. S. 1. No. 25.

4. Quo in morbo somnus laborem facit, lethale. Si verò somnus juvet, non lethale. Aph. S. 2. No. 1.

5. Quibus urinæ pel-  
lucidae albæ, malæ.  
Maximè autem in  
phreniticis observan-  
tur. Aph. S. 4. No. 72.

6. Mutationes ju-  
vant, si non ad prava  
mutantur. M. Pop. P.  
690.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ.

32. **E**N Θάσῳ, γυναι' δυσήναι, ἐκ λύπης  
μὲν πεφασι τὸν ὄρθον ἀδειαν ἔχετο αὐτοῦ πόνος τε,  
καὶ αἰσθατὴ· καὶ διψάδης ἦν, καὶ  
ἀσώδης· ἅκις δὲ ταλπίσιν ἔγειρε Πυλάδα, δῆλης  
Λέια. Τῇ περίτη, ἀρχομένης νυκτὸς, φόβοι, λόγοι  
τωλλοί, δυσθυμία, πυρετοῖς λεπτίον· περιποιήσασι,  
πασμῷ τωλλοί· στε δὲ θλιποίσιν οἱ πασμῷ  
οἱ τωλλοί, παρέλειν, προχειρίθη· τωλλοί πόνοι,  
μεγάλοι, ξωρεχέες. Δύντερη, θλιψὶ τοις ιστοῖς  
τῶν· εἰδὲν ἐκοιμᾶτο· πυρετὸς ὑξύτεροι. Τεί-  
τη,

## ÆGER UNDECIMUS.

32. **M**ulier quædam in Thaso austera & aspera, ex mœrore manifesto recta adhuc  
& obambulans, insomniâ & ciborum fastidio tentata est, siti & magnâ corporis æstuatione premebatur. Habitabat autem ad Pyladis aedes in Plano. Primo die, appetente nocte, metus, sermones multi, animi ægritudo, febricula levis cepit, manè convulsiones multæ vexârunt. Ac sicubi convulsiones illæ multæ intermitterent, delirabat, obscæna loquebatur, dolores multi, vehementes & continentes aderant. Postridie eadem perseverârunt, somnum non cepit, febris ingravescebat. Tertio, convulsiones

τῇ, οἱ μὲν σασμοὶ ἀπέλιπον, κῶμα δὲ καὶ καταφορή, καὶ τάλιν ἔγερσις· ἀνηίστε, κατέχειν ἐκ ἡδωνᾶτο, παρέλειτε πολλὰ· πυρετὸς ὁξύς.  
 Εἰς τύκια δὲ ταύτην ἴδεις πολλῷ περιμένει δι-  
 5 ὅλῃς· ἀπυρθεῖ· ὑπνωσε, τάντα κατενόψ, ἐκείθη.  
 Περὶ δὲ τούτην ἡμέραν, θερα μέλανα, λεπτά·  
 ἐναιώρημα δὲ ὅπῃ πολὺ τεργυμύλον· οὐχ ἴδρυτο.  
 Περὶ δὲ κείσιν, γυμνικῆα πολλὰ κατέβη.

siones certè cessarunt, sopor verò atque insomnum degravatio tenuit, rursumque expergescita est, exiliit, neque sese continere poterat, multum delirabat, febris erat acuta. Eadem autem nocte sudor copiosus, calidus, toto corpore dimanavit, à febre immunis fuit, somnum cepit, omnino ad sese rediit, judicatione est absoluta. Ad tertium verò diem, urinæ nigrae, tenues erant, habebantque in medio suspensum quiddam innatans, rotundum admoundū; neque subsidebat. Sub judicium autem muliebria copiosa profluxerunt.



## DEMONSTRATIO.

**C**onstat mulierem hanc melancholicam fuisse, atque ex retentis mensibus gravia & periculosa hæc symptomata excitata esse, sanguine nempe sibi exitum quaerente. Iisdem etiam causis, viz. melancholiæ & menstruis obstructis, urinæ nigræ debentur, quas in tali casu innocuas esse saepe etiam antea observavimus; ut & febres hinc ortas non feliciter solummodo, sed & sine prægressa coctione, judicatas fuissent. Non inficias eo, quin in hujusmodi morbis difficile admodum sit medico vel prudentissimo eventum præsagire. Nec horrenda hæc symptomata Hippocrate minus perspicax quispiam immotus spectasset; ille vero nec in rebus angustissimis cultores suos deserit, sed è tenebris tantis aliquid saltem luminis extollit. Animadvertendum igitur est, ægrotam nostram diu morosam & mœstitiæ deditam fuissent, quam cum ferinum delirium subito invasit cum corporis & animi summâ perturbatione, hæmorrhagiâ aliquâ salutari liberari posse (1), non temerè suspicandum est. Febricula quoque levis, primo exorta die, conceptam spem auget; quæ cuin die secundo increvit, non solutionem solummodo convulsionum (2), sed & solutionis diem delineavit (3). Tertio itaque convulsiones evanescebant, & mox, profuso sudore & largâ menstruorum eruptione, delirium, cæteraque animi pathemata penitus fugantur.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΤΑ ὅξαιρης πα-  
εκρέσαντα  
ἀλυσμῷ, αἷμορραγικά.

2. Σπασμός λυτικὸν  
πυρετὸς ἔπιγλυκόμην  
όξὺς, μηδ' περτερον γε-  
γονώς. Εἰ δὲ εἴη περ-  
τερον γεγονώς, παρ-  
ξιαθεῖς.

Καὶ τετάνος ἔχον-  
ται, καὶ σπασμός, πύρ-  
ετός ἔπιγλυκόμην, αγαθὸν.

Τὸν σπασμόν, οὐ τε-  
τάνος ἔνοχλειμόν, πυ-  
ρετὸς ἔπιγλυκόμην λύ-  
το νάσημα.

3. Απὸ σπασμῶν πυ-  
ρετὸς οὐν ἔπιλάση, παύ-  
εται ἀθημέεον, οὐ τῇ  
ὑπερεγίᾳ, οὐ τῇ τείτη  
ημέρῃ.

1. QUibus in mor-  
bis subita fit  
mentis perculsio cum  
inquietâ corporis jac-  
tatione, iis sanguinis  
eruptionem fore spes  
est. Co. S. 2. No. 45.

2. Convulsionem sol-  
vit febris superveniens  
acuta, quæ priùs non  
fuit. Si verò priùs fuit,  
jam exacerbata. Co. S.  
3. No. 84.

Et tetano, & con-  
vulsione occupante,  
igneum ardorem super-  
venire, bonum. Morb.  
L. I. P. 8. No. 14.

A convulsione, aut  
tetano occupato, febris  
superveniens morbum  
solvit. Aph. S. 4. No.  
57.

3. A convulsione si  
febris invaserit, sedat-  
tur eodem die, aut se-  
quenti, aut omnino ter-  
tio. De Locis in Ho-  
mine. S. 48.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΔΩΔΕΚΑΤΟΣ.

33. ΕΝ Λαρίσῃ, παρθένον πυρετὸς ἔλασι  
καυσώμης, ὁξύς· ἀρυπνῶς, διψώμης·  
γλῶσσα λιμνώμης, ξηρὴ· θερα εὔχερα μὲν, λεπτὰ  
δέ. Διστέρη, θηπόνως· οὐχ ὑπνωσε. Τεττη, 5  
πολλὰ διηλθεν απὸ κοιλίης, υδατόχερα· καὶ  
τὰς ἐπομένας διῆδι τοιαῦτα σύφορες. Τελάρη,  
ζροσε λεπτὸν, ὄλιμον· εἶχεν ὄνταιρημα μελέωρην,  
οὐχ ἴδρυτο· παρέκρυσεν ἐς νύκτα. Εκτη, οὐχ  
πινῶν λαῦχον ἐρρύν παλὺ· φεξασα, ἴδρυσε 10  
πολλῷ

## ÆGER DUODECIMUS.

33. Arissæ, virginem quandam febris ar-  
dens & acuta prehendit, pervigil erat,  
sitibunda, lingua fuliginosa, arida. Urinas  
probati quidem coloris reddidit, tenues tamen.  
Postridie molestè habuit, non dormivit. Ter-  
tio die, alvus aquosa multa transmisit, proxi-  
misque diebus talia commodè prodierunt.  
Quarto, urinam tenuem, paucam reddidit,  
quæ suspensum quid in medio innatans sublime  
habebat, neque subsidebat, sub noctem deiura-  
vit. Sexto, ex naribus sanguis abundè mul-  
tus effluxit, atque ubi inhorruisset, sudore co-


πολλῷ δερμῷ δι' ὅλων ἀπυρῷ, ἐκεῖθη. Εν δὲ τοῖσι πυρεῖσι, καὶ ἔδη κεκερδύων, γυανεῖα κατέβη τότε φεῦτον· παρθένῳ γένεται. Ήν δὲ Δῆλος παντὸς αἰσώδης, φρειώδης· ἐρύθρης φεῦστης, ὁμάτων ὁδῶν· καρπαχεῖν. Ταῖτη ἐχεῖ παρέγειν, ἀλλ' ἐκεῖθη. Οἱ πόνοι εἰς αὐλίησιν.

pioso calido per totum corpus diffluente, ex febre immunis judicatione liberata est. In febribus autem, jamque peractâ judicatione, tum primùm muliebria descenderunt, quod illibatae virginitatis esset. Prorsus vero stomachi fastidio laborabat, horrebat, faciei rubor aderat, oculorum dolor & capitis gravitas. Huic morbus non repetiit, sed judicatione est absoluta. Dolores diebus paribus invadebant.



## DEMONSTRATIO.

**E**X mensibus diutiis quam par erat remoratis, & tandem difficulter prodeuntibus, febris haec originem duxit; & praecedentis instar, sudore & sanguinis fluxu sine coctione judicata est. Licet symptomata mitius in hâc ægrâ processerint, attamen ex vigiliis (1), lingua aridâ (2), & urinis tenuibus impendens delirium medicum sagacem non effugiet (3). Quod tamen excretiones alvi aquosæ cum levamine (4), magnopere metuendum vetant. Capitis quoque gravitas (5) cum vigiliis & faciei rubore (6), morbum hæmorrhagiâ aliquâ criticâ judicandum fore non leviter pollicetur. Quonam verò die crisis praedicta prævalebit, ex dictis non constat. Rarissimè enim die sexto febres feliciter judicantur, ideoque narrationi notam subnectit Hippocrates, **NON REVERTIT MORBUS**, sed judicatione est solitus. Quasi demiratus esset febrem die tam infasto terminari. Quinetiam ut rationem redideret insuetæ admodum sine recidivâ solutio-  
nis, ait, In febribus autem, jamque peractâ judicatione, tum primùm muliebria descenduerunt (7).



## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

- |   |   |
|---|---|
| <b>I.</b> <b>H</b> Γὰρ τὸν ἡ-<br>δῶντα τὴν καὶ<br>πόνων αἴρυπνον, οὐ πα-<br>κερεσύνην | <b>I.</b> <b>A</b> U T enim præ-<br>dolore & af-<br>flictionibus vigiliæ ad-<br>Q q 2 sunt, |
|---|---|

εαφερσύνη ἔται ἀπὸ sunt, aut delirium ade-  
ττεῖς τὰ σημεῖα. rit ab hoc signo. Præ-  
not. S. 9.

2. Αἱ δασεῖαι κα-  
τάξησι γλῶσσαι, φρε-  
νίκαι.

3. Ὁκόσοισιν ἔρχεται  
Χαράνεα λόγια, ω-  
νησσή. Μάλιστα δὲ σὺ-  
τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἔπ-  
φαίνεται).

4. Ἡν, οἵα δὲ κα-  
θαίρεται, καθαίρεται),  
ξυμφέρεται, καὶ σύφο-  
ρεως φέρεται. Τὰ δὲ συν-  
τία, δυσχερεῖσι.

5. Οἱ καρποβαρικοί,  
κατὰ βρέγμα ὄδων  
δεσσες, ἀγρυπνοί, αἷμαρρά-  
γικοί.

6. Τῶν πυρεοσύνων  
οἵσι μέν ἐξυθίματα ἔπι-  
πεστώπων, καὶ πόνοι  
κεφαλῆς ἴχυροι, καὶ  
σφυγμὸς φλεβῶν, αἴμα-  
τῷ ρύσις τὰ πολλὰ  
γίνεται).

7. Τὰ ἐγκατάλιμ-  
πανόμνα ἐν τησι νε-  
σοῖσι μέτα κείσιν, πά-  
τερφὰς ποιέειν εἴωθεν.

sunt, aut delirium ade-  
rit ab hoc signo. Præ-  
not. S. 9.

2. Asperæ & refic-  
catæ linguæ phreniti-  
dem denunciant. Co.  
S. 2. No. 150.

3. Quibus urinæ  
pellucidæ albæ, malæ.  
Maximè autem in  
phreniticis observan-  
tur. Aph. S. 4. No. 72.

4. Si, qualia purga-  
ri oportet, purgentur,  
confert & facile ferunt.  
Contraria verò, diffi-  
culter. Aph. S. 1. N. 25.

5. Capite gravati,  
juxta sinciput dolen-  
tes, insomnes, sanguini-  
nem fundunt. Prædict.  
S. 19. L. 1.

6. Febrientibus qui-  
bus rubores sunt in fa-  
cie, & dolor capitum  
fortis, & venarum pul-  
sationes, his sanguinis  
fluxus plerumque fit.  
Co. S. 1. No. 199.

7. Quæ in morbis  
post crisi relinquun-  
tur, recidivas facere so-  
lent. Aph. S. 2. No. 12.

## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

34. **A**πολλώνιῳ, ἐν Αἰδίνεισιν, ὅρθοτάν  
δις ἀπεφέρετο χεόνον πελμά. Ήν  
δὲ μεγαλίσαστα μχιῷ, καὶ περὶ ἡπαρ ἔωνθης  
ὅδιον χεόνον πελμά παρείπετο, καὶ δὴ τότε<sup>5</sup>  
καὶ ἵλεωδης ἐγέμετο· φυσώδης, χεοῦς τὸν  
λόγκον. Φαγὼν δὲ βόειον, καὶ πιῶν ἀκαρπότερον,  
ἐθερμάνθη Κυκεὰ τὸ πεζόν, κατεκλιθη· γά-  
λαξί δὲ χρησάμδης ἐφθοῖσι καὶ ὄμοισι, πολυ-  
λοισιν, αἴμεοισι καὶ μηλεοισι, καὶ θραίτη κακή,<sup>10</sup>  
πάντων αἵ βλάβαι μεγάλαι. Οἶτε γὰρ πυρετοὶ  
παρεχώνθησαν, καὶ λίπι τε τὸ πεζόν περιστενεχθέντων  
ἀδὲν διέδωκεν ἀξιον λόγον. Βέρα τε λεπτά, καὶ  
ολιγα

## ÆGER DECIMUS TERTIUS.

34. **A**bderæ Apollonius, diu rectus & ob-  
ambulans morbum sustinuit. In tu-  
morem autem ei elata erant viscera, & consue-  
tus hepatis dolor longo tempore perseveravit,  
ac tunc sanè etiam auriginosus factus est, fla-  
tibus abundabat, & colore erat subalbido. Ex  
intempestiviore verò potu & bubulæ esu, ali-  
quantulum primùm incaluit, decubuit. De-  
inde cùm lacte usus esset copioso crudo &  
cocto, caprillo & ovillo, vitiosaque victus ra-  
tione, insignes omnes offendentes factæ sunt.  
Nam & febres exasperatae sunt, neque memo-  
rabile aliquid ex ingestis alvus reddidit, urinæ  
tenues

ελίξα διῆς· ἵπνοι ὡκέ συντάν· ἐμφύσημα κακόν,  
πελὺ διῆς· καραλώδης· ψωχονθέας δεξιῶ  
ἐπαρμα ξώδινή, ἀκρεα τάνιθεν ψόψυχα·  
Συκεὰ ταρέλεγε· λῆθη τάνιων, ὅ, τι λέγοι·  
5 ταρεφέρετο. Περὶ δὲ τεαταρεσκαιδεκάτην, ἀφ  
ἥς ριγώσας ἀπεθερμάνθη, κατεκλιθη, καὶ ὕξε-  
μάνη \*· βον', ταραχή, λόγοι τολλοί, καὶ  
τάλιν ἴδρυσις· καὶ τὸ κῶμα τύπικαῦτα τρε-  
σῆλθε. Μελά δὲ ταῦτα, κοιλίν ταραχώδης,  
10 τολλοῖσι, χολώδεσιν, ἀρρύτοισιν, ὥμοισιν· θρε-  
μέλανα, Συκεὰ, λεπτά· τολλη δυσφοεῖται·  
τὰ τῷ θραχωρημάτων τοκίλως· ή γέ μέλανα,  
καὶ

tenues & paucæ, neque somnum capiebat, ma-  
la inflatio aderat, sitis multa, sopore detine-  
batur, præcordia dextra cum dolore intumue-  
rant, extrema undiquaque frigescebant, ali-  
quantulūm delirabat, omnium quæ dixisset ca-  
piebat oblivio, mente emovebatur. Ad deci-  
mum quartum diem, ex quo suborto rigore in-  
caluit, decubuit, vehementer insanivit, cla-  
mor, perturbatio, sermo multus, mox contrā  
repressus est, atque tum sopor invasit. Dein-  
de verò alvus perturbata, copiosa, biliosa, fin-  
cera & cruda demisit, urinæ nigræ, paucæ,  
tenues erant, magna corporis implaciditas, al-  
vi recrementa varia. Nempe vel nigra, pauca  
&

\* Ita vulgò legitur. Sed certè iis, quæ in principio hu-  
juscæ Historiæ narrantur, melius responderet, si sic legatur,  
ἀφ' ἦς ριγώσας ἀπεθερμάνθη καὶ κατεκλιθη, εἰςεμένη.

καὶ Συκεὰ, καὶ ιώδεα, ἢ λιπαρά, καὶ ὄμα, καὶ δακνώδεα· κατὰ δὲ χεόντος ἐδόκεε καὶ γαλακτώδεα διδόναι. Περὶ δὲ εἰκοσίων τελάρτων, οὐχὶ παρηγορέους, τὰ μὲν ἄλλα δῆπε τὸν αὐτῶν· Συκεὰ δὲ κατενόσεν (ὅτι δὲ κατενλιθη, 5 θεῖνος ἐμνήσθη) πάλιν δὲ ταχὺ παρενόδι· ὥρμητο πάντα δῆπε τὸ χέεσσον. Περὶ δὲ τευποτίων, πυρετὸς ὀξύς· οὐχιώματα ποιλά, λεπτά· πυργίληπε, ἄκρεα ψυχεῖ· ἄφωνε. Τευποτῇ τελαρτῇ, ἀπέθανε. Τελέω οὐχὶ τέ-10 λεπε, ὅτι δὲ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίν ταραχώδης, σῆρα λεπτά, μέλανα· κωματώδης, ἀρυπτε· ἄκρεα ψυχεῖ· πυργίληπε οὐχὶ τέλεω.

& virtulenta, vel pinguia, cruda & mordacia dejecit, ac tandem etiam lacti similia reddere visus est. Sub vigesimum quartum diem, allevatio fuit, in reliquo quidem eadem perseverare, verum aliquantulum ad intelligentiam rediit (ex quo namque decubuerat, nihil meminit) statimque rursus desipiebat, atque in deterius omnia tendebant. Circa trigesimum vero diem, febris acuta invasit, alvi recremen-  
ta copiosa & tenuia, delirus fuit, extrema perfrixerunt, vox defecit. Quarto & trigesimo, vita defunctus est. Ex quo eum vidi, huic perpetuo alvus turbulenta fuit, urinæ tenues, nigræ, sopore detentus & insomnis, extremitates frigidæ, per totum morbum deliravit.

## DEMONSTRATIO.

**A**D criticam acutorum prædictionem, hujus ægroti historia parùm vel nil confert; quoniam febris ipsa symptomatica, & quasi catastrophe affectionis diurnæ videtur. Nam à primo morbi insultu, aëtum esse de ægroto, nulli non medico prævidere licet, cum ex tanâ longâ & fixâ viscerum obstructione morbum provenisse repererit (1).

Jecur, ventris inferioris viscus nobilissimum, vitæque salubriter producendæ apprime necessarium, præcipue fuit affectum; ergò vehementia febris erit pro ratione partis læsæ (2), unde originem duxit. Pervigil itaque ab initio fuit, soporosus, ad extrema frigidus, & delirus. Excreta ejusdem penitus prosapiæ fuerunt, urina nigra, alvus nunquam non turbata, cum pessimæ notæ excrementis (3), viz. biliosis, nigris, sinceris, virulentis, pinguibus, crudis, mordentibus, & aliquando lacti similibus; quæ tantum aberant à levando, ut inde potius febres exasperatæ fuerint. Morituro ergò ægroti omnia suffragantur, nec præterquam quod tam diu supererat, ulla præfigienti difficultas oritur. Sed & hoc quoque ex varietate exrementorum quodammodo possit intelligi (4). Trigesimo autem die imminere mortem, excrementa copiosa cum vocis privatione testantur (5), ægroti jam olim soporoso (6) & deliro existente (7).

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. ΕΝ δὲ τῷ ἡμιτριτάῖον καλεῖται οὐδένα ξυμπίπτει μέν καὶ ὅξεα νεστίματα γύνεας, καὶ δέ τοι λοιπῶν σύντοντα πανταχωδέστατο. Ἀτὰς καὶ φθινώδεες, καὶ ὅσοι ἄλλα μακρότερα νεστίματα νεστέσιν, δὲ τετέω μάλιστα νεστέσι.

2. Οὐ γάρ λαμβάνει πυρετὸς ἰχυεὸς ἀσθατεύσιν τῷ χωείνῳ.

3. Υδαρέσ δὲ καρτά, οὐ λαβούν, οὐ χλωερού, οὐ ἐρυθρού ἰχυεώς, οὐ ἀφροῦδες θλαχωρέειν, πονηρὰ ταῦτα πάντα. Επὶ δὲ πονηρὸν, καὶ συκεύν τε ἔον, καὶ γλιχεύν, καὶ λαβούν, καὶ πάντα χλωερού, καὶ λεον. Τετέων δὲ πανταχωδέστερα ἀντί τὰ μέλανα,

1. **A**T in semitertia na appellata contingit quidem & acutos morbos fieri, & est hæc præ cæteris maximè lethalis. Sed tabidi, & quicunque ex aliis longis morbis ægrotant, ex hoc maximè ægrotant. M. Pop. P. 671.

2. Non enim corripit febris vehemens locis impotentibus. Judicat. S. 11.

3. At verò aquosum valde, aut album, aut pallidum, aut viride, aut vehementer rufum, aut spumosum sterlus egerere hæc omnia mala sunt. Malum insuper est, quod exiguum est, & viscosum, & album, & subpallidum aut subviride, & læve. His verò magis lethalia sunt stercora nigra, aut pin-

R r guia,

η<sup>ν</sup> λιπαρά, η<sup>ν</sup> πέλμα, η<sup>ν</sup>  
ιώδεα, η<sup>ν</sup> κάκοσμα.

4. Τὰ δὲ ποικίλα,  
χεριώτερα μὲν τυπέων,  
όλεθρα δὲ οὐδὲν θαυμόν.

5. Οἵσι φωναὶ αἱματικοῖσιν ἐκ λαίπτυσα  
μὲν κείσιν, προμάθεες  
καὶ πωμαλώδεες τελοτῶσι.

6. Αἱ μετ' ἐκλύσιαι καλόχως αἴφωνιαι,  
όλεθρα.

7. Αἱ μετ' αἴφωνις  
ἐκτάσιες, ολεθρα.

guia, aut livida, aut æruginosa, & malè olentia. Prænot. S. 10.

4. Quæ verò varia sunt, diuturniora his, nihil verò minùs perniciosa. Prænot. S. 10.

5. Quibus voces cum febribus deficiunt post iudicationem, hi trementes & soporosi moriuntur. Præd. S. 12. L. I.

6. Vocis interceptiones cum exolutione stupore detinente, perniciose. Prædict. S. 12. L. I.

7. Mentis emotiones cum vocis interceptione, perniciose. Co. S. 12. No. 177.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

35. ΕΝ Κυζίκῳ, γυναικὶ θυγατρέας τεκόση  
διδύμης, καὶ δυτικησάση, καὶ ὁ  
τάντον καθαρθείσῃ, τὸ μὲν πεφτόν ἐπῆλθε αυρε-  
τὸς φερκάδης, ὅξις· κεφαλῆς, καὶ τεφχήλω βά-  
ροῦ, μετ' ὄδωντος. Αγρυπνῷ ὅξις ἀρχῆς, Σι-  
γῶσα δὲ, καὶ Σκυθεψηπή, καὶ ὁ πειθομόν·  
βρεφεῖ λεπτίᾳ, καὶ ἄχερα· διτάδης, ασώδης τὸ  
ωτλόν· κοιλίᾳ πεπλατυμόνας ταραχώδης, καὶ  
πάλιν ἔωις αρμόν· Εκτῇ, ἐς γύνακα πολλὰ  
παρέλεγεν·

## ÆGER DECIMUS QUARTUS.

35. MULIEREM in Cyzico, gemellas laborio-  
sè enixam, cùm non admodum par-  
tus purgamenta processissent, primùm quidem  
febris corripuit horroris sensu insignis & acu-  
ta, capitis & cervicis gravitas non sine dolore  
tenuit. Inter exordia insomniā vexata est,  
taciturna autem erat, tetrico & supercilioso  
vultu, & quæ nullis persuasionibus flecti po-  
terat. Urinas tenues & decolores reddidit, siti  
premebatur, ac ut plurimū stomachi fastidio  
laborabat, alvus inordinatè quidem & incon-  
stanter perturbabatur, rursusque consistebat.  
Sexto die, sub noctem multū deliravit,

ταρέλεμεν· οὐδὲν ἐκοιμήθη. Περὶ δὲ ἐνδεκάτῳ  
ἔψα, θύεμάνη, καὶ τάλιν καλενόδ· οὐδὲ μέ-  
λανα, λεπία, καὶ τάλιν θραλείποντα, ἐλαιώ-  
δεα· καὶ κοιλίν τολλοῖσι, λεπίοῖσι, ταραχώ-  
5 δεσι. Τεσαρακοτῇ, στασμῷ τολλοὶ, ἀκρεα  
ψυχεά· οὐδὲν ἔτι καλενόδ· οὐδὲ ἐπέζη. Εκτῇ  
καὶ δεκάτῃ, ἄφωνο. Επίλακαιδεκάτῃ, ἀπέ-  
θανεν.

num non cepit, circaque undecimum vehe-  
menter insaniit, ac rursus ad intelligentiam re-  
diit. Urinas nigras, tenues, moxque ubi ali-  
quantulum intermisissent, oleosas reddidit, &  
ab alvo multa, tenuia & turbulenta prodiere.  
Decimo quarto, convulsionibus multis appe-  
tita est, extrema erant frigida, neque amplius  
ad mentem rediit. Urinæ restiterunt. Deci-  
mo sexto, voce defœcta est. Decimo septimo,  
periit.



## DEMONSTRATIO.

**U**Trum lochiorum retentio ex febre, vel febris ex horum suppressione exorta sit, non magni interest; utcunque enim res processerat, capitis & colli gravitas laboriosa, deficientibus immaturè lochiis, maximum ægrotæ periculum denunciat, translato scilicet ad superiora sanguine excrementitio. Tales metastases perniciosas (1), vel saltem periculi plenas esse sæpiùs præmonemur. Quod non ita multò post *Cxuθεωπίην*, & vigiliis uberiùs demonstratur, quippe quæ humoris malignitatem (2), & delirium (quod die sexto invasit, & septimo ad insaniam exarsit) indicaverunt (3). Hisce verò superincidente urinâ tenui, nigrâ (4), & oleofâ (5), augeri vim morbi consentaneum est. Non succubuit autem ægrotata die decimo quarto, quoniam die judicatio, viz. undecimo, mutatio quædam in melius acciderat (6), ad se rediit nempe quæ prius insaniverat. Sæpiùs itidem mutatæ sunt urinæ, tenues, nigræ, & postea aliquantulùm oleofæ. Hæc, & hujusmodi in dejectionibus inconstantia morbum ultra decimum quartum diem protraxerunt; at cum decimo quarto nova insuper mala accesserunt; viz. convulsiones (7), extremorum frigus (8), suppressione urinæ (9), &c. instare fatum die proximo judicatorio consentaneum erat.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

**E**i δὲ ὁρμητέον  
γυναικὶ λό-  
χεῖν καθαροῖς ἀστέσι κε-  
φαλίσι, θωρηκά τε, καὶ  
πλεύρα, γίνεται γδ  
καὶ τέτο, θυμόκεστη  
πολλάκις ἀντία, ἢν  
γίγνηται.

2. Περσώπεια ἔυχεσι,  
καὶ τὰ λίθια σκυθερπόν,  
τωνεῖν.

3. Κάκιζον δὲ μηδέ  
ποιηταῖς, μήτε τὸν υγε-  
τὸν, μήτε τὸν ιμέρον. Ἡ  
γδὲ ψᾶται τὸν οἰδύνην τε καὶ  
πάνων αἴρυπτον, ηὐ πα-  
εφερεσύνη ἐταῖη ἀπὸ  
τατέος τῆς Σπείας.

4. Θανατωδέεσσι  
δὲ τῷ θεῷ, τάτε δυ-  
σώδεια, καὶ μέλανα,  
καὶ πάχεια.

5. Καὶ τὰς λιπαρέ-  
τητας δὲ τὰς ἄνω ἐφι-  
ταμήσις, αἱραχνοειδέας,  
μέριφεδος. Ξωτήξισ-  
γδὲ σπουδεῖα.

6. Καὶ ὅνειρον ὅλῳ  
τῷ σώματι μελάσολα,  
καὶ ἢν τὸ σῶμα κατὰ  
γίγνηται,

**S**i verò mulieri,  
purgatio puer-  
perii ad caput, thora-  
cemque, & pulmonem  
impetum fecerit, (sit  
enim & hoc) moriun-  
tur sàpe statim, si illic  
detineatur. Morb. Mu-  
lier. L. 1. S. 69.

2. Faciei bonus co-  
lor, & vehementis torvi-  
tas, malum. Prædict.  
S. 6. L. 1.

3. Pessimum verò  
est non dormire, neque  
noctu, nec interdiu.  
Vigilie enim præ do-  
lore & afflictionibus  
adsunt, aut delirium  
aderit ab hoc signo.  
Prænot. S. 9.

4. Lethaliores verò  
sunt urinæ fætidæ a-  
quosæ, & nigræ, &  
crassæ. Prænot. S. 11.

5. Sed & pinguedi-  
dines superne instantes,  
aranearum telis similes,  
damnare oportet. Col-  
liquationis enim sunt  
signa. Prænot. S. 12.

6. Et ubi in toto  
corpore mutationes, &  
si corpus perfrigeretur,  
aut

Φύχηται, οὐδὲ ἀθετεῖται, οὐδὲ τερεσται οὐδὲ ἔτερος γιγνεται, μηκός νέσσε συμαίνει.

Τεκμαίρεται δὲ ἐκ τῶν  
ἔφων τὸ μέλλον ἔσειδε.  
· Ήν μὲν γάρ παχύτερα καὶ  
ώχεστερα οὐ, βελτιώ.  
· Ήν δὲ λεπτότερα καὶ  
μελάντερα, πονηρότερα.  
· Ήν δὲ μελαβολὰς ἔχη,  
χερόν τηναίνει.

aut rursus calefiat, aut  
color aliis ex alio fiat,  
morbi longitudinem  
significat. Aph. S. 4.  
No. 40.

Conjectare verò ex  
urinis oportet id quod  
futurum est. Si enim  
crassiores & pallidiores  
fuerint, meliores sunt.  
Si verò tenuiores & ni-  
griores, deteriores sunt.  
Sin autem mutationem  
habent, temporis diu-  
turnitatem significat.  
Vid. Acut. S. 46.

7. Ἐν μηδέποτε πονήσει παρετῶ, οὐδὲ χειλά, οὐδὲ ὄφρος, οὐδὲ ὄφθαλμός, οὐδὲ ὁστεοφρῆ, οὐδὲ μηδέποτε, οὐδὲ αἰσθένεται τὸ σῶμα, οὐδὲ τὸν τυτέων φύνται, εγγὺς δέ ταρατο.

8. Ἐν τοῖσι μηδέποτε πονήσει παρετοῖσιν, οὐδὲ μὲν εἶναι φύχεται οὐδὲ δὲ ἐνδον καίνη, καὶ δίψης ἔχει, τανάσιμη.

9. Αἱ ἐκ καταψύξις θέρμης πολυτελεῖς, κάκιστοι.

7. In febre non intermitte, si labium, aut supercilium, aut oculus, aut nasus pervertatur, si non videat, si non audiat, corpore jam debili existente, quicquid horum fiat, in propinquo mors est. Aph. S. 4. No. 49.

8. In febris non intermittentibus, si extrema quidem frigida sint, interna verò urantur &c sitim habeant, lethale. Aph. S. 4. No. 48.

9. Ex perfrigeratione urinam intercipi, pessimum est. Co. S. 1. No. 5.

## ἌΡΡΩΣΤΟΣ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

36. ΕΝ Θάσῳ, Δεάλικες γυναῖκα, η̄ καὶ ἑ-  
κατοῦ ὅπῃ τὸ Λεία, πυρετὸς φεικώδης,  
οὖς, ἐκ λύπης ἐλαθεν. Εὗ ἀρχῆς δὲ πέντε ἔτη-  
5 λετο· καὶ οὐ τέλεω αἷτι Σιγῶσα, ἐψηλάφα,  
ἐτιλλεν, ἐγλυφεν; ἐτερχολογήδε δάκρυα, καὶ  
τάλιν γέλως· οὐκ ἐκαιμάτο. Ατὸς κοιλίης ἐ-  
ρεθισμῷ, οὐδὲν διῆδε μικρὰ πασμαρινούσιων,  
ἐπινεν· οὐδε λεπτὰ, Συκεά· πυρετοὶ ωρὸς χεῖ-  
10 εα λεπτοὶ, ἀκρέων τύξις. Ενάτη, ωλλὰ τα-  
ρέλεγε, καὶ τάλιν ιδρύνθη Σιγῶσα. Τεσσα-  
ρεσκαιδεκάτη, πνεῦμα ἀρσιὸν, μέγα, οὐ  
χερύς,

## ÆGER DECIMUS QUINTUS.

36. Dalcis uxorem in Thaso, quae in Pla-  
no decumbebat, febris horroris sensu  
insignis & acuta ex moerore prehendit. Ab  
initio autem pannis contegebatur, & ad finem  
usque semper taciturna fuit, manibus palpa-  
bat, evellebat, scalpebat, floccos legebat, la-  
crymas fundebat: moxque ridebat, somnum  
non capiebat, alvus irritata nihil demittebat,  
parum nec nisi commonefacta bibebat. Uri-  
næ tenues & paucæ erant, febres ad manus  
contactum leves apparebant, summa corporis  
frigescebat. Nono die, multum deliravit, ac  
mox composita fuit & taciturna. Decimo  
quarto, spiratio rara, magna, longo tempore  
tenuit,

χεόντι, καὶ τάλιν βραχύπνοι. Επίκαιδες  
κάτη, ἀπὸ κοιλίν ερεθισμὸς ταεαχώδης ἐπειλα-  
αύλα τὰ ποτὰ διῆδι, οὐδὲν Συιζατο· ἀναιδήτως  
ἔχε τάνιων· δέρματα τοίτασις καρφαλέψ.  
Εικοσῆ, λόγοι τολλοί, καὶ τάλιν ιδρωθη· ἄ-  
φων, βραχύπνοι. Εικοσῆ πεφτη, ἀπέ-  
θανεν. Ήν ταύτη Δῆτι τέλεοι, πνεῦμα αραι-  
όν, μέγα· ἀναιδήτως τάνιων ἔχεν· αὐτὴν πε-  
εῖέλλετο· η λόγοι τολλοί, η Σιγῶσα Δῆτι τέ-  
λεοι.

tenuit, rursusque brevis. Decimo septimo, irritatione turbulentâ commota est alvus, deinde potus ipsi pertransibant, neque consistebant, omnium sensum perdiderat, cutis erat distenta & arida. Vigesimo, multum obloquebatur, ac mox composita fuit, vox defecit, & brevem spiritum trahebat. Primo & vigesimo, defuncta est. Huic perpetuò ad finem usque spiratio rara & magna aderat, nihil omnino sentiebat, semper pannis contegebatur, aut sermones multos fundebat, aut ferè usque taciturna erat.




## DEMONSTRATIO.

**L**uctuosam & planè desperatam esse hanc febrem, docent gravissima hæc symptomata nervosa, vellicationes scilicet & floccorum collectiones (1), quæ à principio usque ad finem durarunt, ita ut, manentibus illis, reliqua observare ferè supervacaneum sit. Indagandum autem restat, cur tam diu superfuit ægrota, cui lethales hæc notæ cum extremorum frigore & vigiliis in principio morbi evenerunt; præsertim cùm nullæ excretiones insignes sarcinam morbosam vel excutere, vel imminuere saltem molitæ sint? In hisce plerumque angustiis, vel ætas ægroti juvenilis, vel corporis robur refugium est. Sed cum nihil quicquam vel de ætate vel viribus ægrotæ literis mandetur, medico incumbit rationem ex descriptis phænomenis depromptam investigare. Proinde notandum imprimis est, febrem fuisse debilem ad manum, nullam corporis jactationem, nullum sudorem, urinam paucam, & alvum ad decimum septimum diem stipitatum: Nulos ergo labores, nec excretiones habuit, quæ corporis molem vel vires dissiparent. In febribus autem non levibus nil minui corpus (2), diuturnitatis signum est. Foritan autem regeretur, ægrotantem eo citius suffocari debuisse, quod materiæ morbificæ nil excerneretur. Argumentum quidem irrefragabile, si plethora adfuisset, vel sanguis magno impetu per vasa tumultuaretur; sed neutrum horum hic obtinuit. Non plethora,

quia

quia ex mœrore febris invasit; non impetus sanguinis, quia febris ad manum debilis erat. Constat ergo morbum alia præbuisse lumina, quibus, sine ætatis vel virium hypothesi, diuturnitas febris prævideri potuisset; ideoque cessat miraculum Galeno, Foesio, Valesio, aliiisque commentatoribus ita stupendum. Utinam dierum criticorum dignitas tam nullo negotio, quam morbi diuturnitas, defendi possit. Peritissimus enim doctrinæ Hippocraticæ Galenus, diem vigesimum primum, quo nostra ægropa obiit, è numero criticorum penitus delet, licet ab Hippocrate, in libro maximè genuino, pro legitimo agnoscatur (3). At quod ad me attinet, non video cur vigesimus primus (licet vigesimo summo critico succedit) minus judicet, quam quintus qui quartum, vel decimus quintus qui decimum quartum sequitur, quos (viz. quintum & decimum quintum) Galenus, & omnes doctrinæ Hippocraticæ cultores pro veris criticis recipiunt, licet quarto & decimo quarto potentiam minores sint.



### ΠΡΟΤΝΩΣΤΙΚΑ.

I. Περὶ δὲ χείρων φορῆς τὰς εχρή γινώσκειν. Οὐόσοισιν σὺν ταυρετοῖσιν ἔξεσιν, η̄ πεπλαδυργνίσιν, η̄ φρενίτισιν, η̄ κεφαλαλγίην.

σι,

I. **A**T de manuum lationibus sic sentio. Quæ in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut in phrenitide, aut capitis dolore,

S f z

σι, τῷ τῷ περισώπᾳ φερομένας, καὶ μύας θηρίους σας ἀφίκεταις, καὶ κερκίδας ἀπὸ τῆς ομάδιων αἰπολαθίσας, καὶ κακὰς καὶ παναγέας.

2. Τῶν πυρεοσύνων μη ταντάπασιν ὅππος λαίως, τὸ Αἷμα μέν καὶ μηδὲν ἐνδιδόντα τὸ σῶμα, οὐ καὶ Συλίκεδρος μᾶλλον τῷ πατὰ λόγον, μοχθεῖται. Τὸ μὲν μῆκος νόσος σημαίνει, τὸ δὲ αἰσθένειν.

3. Τῶν δὲ ἐν περιστήσι κεινόντων πεντάδων, α, γ, ε, ζ, η, ια, ιζ, κα, κζ, λα,

lore, ante faciem ferruntur, & frustra vellantur, & festucas legunt, & floccos de vestibus evellunt, & de pariete paleas detrahunt, eas omnes malas esse & lethales. Praenot. S. 4.

2. Febricitantium non omnino leviter, permanere & nihil remittere corpus, aut etiam magis quam pro ratione colliquefieri, malum est. Illud enim morbi longitudinem, hoc verò infirmitatem indicat. Aph. S. 2. No, 28.

3. Ex circuitibus in imparibus diebus judicantibus, 1, 3, 5, 7, 9, 11, 17, 21, 27, 31. M. Pop. P. 672.



## ΑΡΡΩΣΤΟΣ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

37. **E**N Μελιθοίη, νενίσκω, ἐκ ποιῶν καὶ  
ἀφερθισίων πολλῶν πετλῶν χρόνου  
θερμανθεῖς, κατεκλιθεῖσι. φερκάδης δὲ καὶ ἀσώδης  
ἴσι, ἄγρυπνω, καὶ ἀδιψή. Από δὲ κοιλίας,<sup>5</sup>  
τῇ περιτή, πολλὰ πόπεαν διῆλθε, Σὺ περ-  
βόω πολλῶν· καὶ τὰς ἐπομένας, ὑδατόχολα πολ-  
λὰ διῆδε. Οὐει λεπτά, ὀλίγα, ἄχεα· πνεύ-  
μα ἀραιόν, μέγα, οὐχὶ χεόντα· πανορμόνδεις εἰ-  
τασις παλαπαρθεῖση, πλευρήκης δὲ ἀμφοτέρων.<sup>10</sup>  
καρδίας παλμές, οὐχὶ τέλεως ξανεχής· προσεν  
έλαιωδες· παρέκρυσεν ἀπερεμέως, κόσμιος τε,  
καὶ ἥσυχως· δέρμα καρφαλέον, καὶ πειτε-  
ταρδύον.

## ÆGER DECIMUS SEXTUS.

37. **M**Elboææ, adolescens quidam, ex co-  
mestationibus, liberaliore potu ac-  
venere, longo tempore incaluit & decubuit.  
Horrorem autem sentiebat & æstuabundus e-  
rat, pervigil, neque siti premebatur. Alvis  
primo die, stercora multa denisit cum magno  
humorum affluxu, proximisque diebus aquæ  
similia plurima prodiere. Urinas reddidit te-  
nues, paucas, decolores. Spiratio erat rara,  
magna, ex longis intervallis. Præcordiorum  
contensio submollis aderat, utrinque promissa,  
perpetua & continens cordis palpitatio, urinam  
minxit oleosam. Decimo, paulatim mente mo-  
tus est, compositusque erat & taciturnus, cutis  
reficcata.

ταυδίον. Μάχωρίμαλα ωλλά, καὶ λεπτά, οὐ  
χολώδεα, λιπαρά. Τεοσαρεσκαδεκάτη, ωάν-  
τα παρεξιάθη. παρεκράδη, ωλλά παρέλε-  
γεν. Εικοσή, δέκατην. βλητούσμός. οὐδὲν ὄρδος.  
5 μικρὰ ωλλά καλέχετο. Τῇ εικοσῆ τελάρῃ,  
ἀπέθανε. \*

resiccata & distenta, alvi recrementa vel mul-  
ta & tenuia, vel biliosa & pingua. Decimo  
quarto, exasperata sunt omnia, mente motus  
est, valde deliravit. Vigesimo, vehementer  
insanivit, corporis incontinentia & jactatio  
aderat, nihil minxit, potionem vix contine-  
bat. Quarto & vigesimo, periit.

---

\* Hos sedecim ægrotos, non morbis iis, qui in *statu Pestilentiali* suprà enarrati sunt, sed plurimum diversis laborasse scribit Galenus. In quo certè fallitur: quippe omnes, ne excepto quidem *Pleuritico* cap. 29. *Febre ardente*, aut *Phrenitide* correpti sunt; quod utrumque morbi genus *Hippocrates* cap. 15, 16, 17. verbis disertissimis explicuit.

Id etiam obiter notandum, multos eosque haud sanè in eruditos homines in eâ fuisse opinione, quòd hæc *secundâ sectione* non modò *Pestilentiam* propriè dictam, sed illam etiam ipsam, quæ eâ ætate *Athenas* pervasit, describendam suscepit *Hippocrates*. Quos in hanc fortè sententiam induxit *Titulus* ille, quem hæc præ se fert, ab *Hippocrate* descripta, *Constitutio*. Sed quanto ii in errore versentur, cùm alias, tum hinc maximè percipi potest, si quis cum *Thucydide*, qui *Pestem Athenensem* literis mandavit, hunc *Hippocratis* locum contulerit: nam, utrisque perlectis, quod quidem ad morbi speciem pertineat, nihil quicquam inter eos communne esse videbit. Imò facile sentiet, *Pestis* illius Historiam ita parum esse ab *Hippocrate* pertractatam, ut is nullâ quidem de *Peste* his in libris sermonem habuerit.

## DEMONSTRATIO.

**V**ITÆ libidinosæ & dissolutæ terminum, potius quām naturā aëris epidemicā extortam febrem Hippocrates recenset. Diu quippe ante febris insultum hecticus decubuit, febris autem non ante horrorem invasit, à quo tempore omnia in exitium ruunt. Alvus excretiones non judicantes (1), copiosas, confessim demisit (2); nec minus vesicæ, quām alvi, aquosæ cruditates humorum pravitatem propalant (3). Vigiliæ (4), & spiratio rara delirium prä se ferunt (5); idque pessimæ quidem notæ, quod taciturnitati conjunctum fuerat (6). Auctis denique die decimo quarto iisdem judicatoriis non judicantibus cum delirio ingravescenti, in präcipiti esse ægrotum, nemini non clarum est. Ex recensisitis autem symptomatis non patet, cur decem adhuc dies, atrocibus adeò malis circundatus, adolescens vim morbi sustinuit. Hoc verò forsan non minus liquido constaret, si specifica cujuslibet diei symptomata descripta fuissent; quod non factum tam hic loci, quām aliàs, sæpiùs dolui. Nihil enim pulchrius, nil jucundius in medicinâ conspicendum esset, quām motus naturæ & morborum tam accuratè delineati, ut utriusque vim & eventum longè ante peractum cursum (infallibiliter penè dixeram) discernere licuisset.

## ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ.

1. **T**Ακείσιμα μὴ  
κείνοια, τὰ  
μέν θανάτεα, τὰ δὲ  
δύσκειλα.

2. Τὰ δὲ κείνοια  
ἢπι τὸ βέητιον, μὴ ἀ-  
πίκα ἔπιφανέσθω.

3. Θανατώδετερα  
δὲ τῷ ψευτῆς καὶ οὐδα-  
τώδεα.

4. Κάκισον δὲ μὴ  
κοιμᾶσθε, μήτε τὸ νυκ-  
τὸς, μήτε τὸ ημέρου. Ἡ  
γῆ σῶσσὸν οὐδεῖν τὲ καὶ  
πόνων ἀγρυπνίη, η' πα-  
ρεφεσιμή ἐταῖ απὸ  
τοτέος τὸ Σημεῖον.

5. Πνεῦμα—μέγα  
δὲ ἀναπνεόμυον, καὶ  
θλίψιοι λαχέοντες, πα-  
ρεφεσιμοὶ δηλοῦ.

6. Αἱ δὲ πυρετοῖσιν  
ἐκτάσιες Σιγώσας μὴ  
ἀφώνω, ὀλέθρια.

1. **J**udicatoria non  
judicantia, par-  
tim lethalia, par-  
tim difficilis judicii.  
M. Pop. P. 686. N. 35.

2. Quæ verò ad me-  
lius judicant, non sta-  
tim apparere debent.  
M. Pop. P. 686.

3. Ex urinis lethali-  
res sunt--aquosæ. Præ-  
not. S. 11.

4. Pessimum verò  
est non dormire, neque  
noctu, neque die. Aut  
enim præ dolore ac af-  
flictionibus vigiliæ ad-  
sunt, aut delirium ade-  
rit ab hoc signo. Præ-  
not. S. 9.

5. Spiritus--- mag-  
nus qui expiratur, &  
per multum temporis  
intervallum, delirium  
indicat. Præn. S. 4.

6. In febribus men-  
tis emotiones cum ta-  
citurnitate in eo qui  
voce privatus non est,  
perniciosæ. Co. S. 1.  
No. 96.

## E R R A T A.

PRÆfat. pag. xiii. lin. 19. pro proximi, lege proximè.  
Pag. Lin.

15. 6. p. noxiam, l. noxam.  
16. 4. p. noxiam, l. noxam.  
17. 12. p. successus, l. secessus.  
25. 8. p. Heraclide, l. Heraclide.  
33. 15. p. πυρέτγσιν, l. πυρέτίσιν.  
64. 11. p. Ουδέη, l. Ουδόη.  
106. 25. p. reliquentes, l. relinquentes.  
107. 3. p. σημείοισι, ως, l. σημείοισιν, ως.  
115. 25. p. biliosorum, l. biliosum.  
121. 27. p. morituro, l. morituræ.  
123. 21. p. προδόκιμος, l. προσδόκιμος.  
124. 28. p. δὲ εκρίνοντα, l. δὲ κρίνοντα.  
137. 19. p. novo, l. nova.  
140. 21. { p. ἐφρόμενοι, l. ἐφρώμεναι.  
144. 11. { p. ἐφρόμενοι, l. ἐφρώμεναι.  
141. 4, 5. p. Hv, l. Hv. p. προγένεται, l. προσγένυται.  
183. 18. p. ην αὖ, l. ην αἱ.  
187. 1, 2. p. naturâ, discordiâ, l. natura, discordia;  
225. 12. p. circa febres, l. fine febribus.  
227. 13. p. νωμᾶσθαι, l. νωμᾶσθαι.  
232. 7. p. dimovit, l. dimovet.  
233. 12. p. exercitatio, l. exercitato:  
238. 10. p. νευθρευμένοισι, l. νευθρευμένοισιν.  
239. 6. p. οὐλ, l. οὐλ.  
244. 2. p. præcedens. l. præcedentis.  
246. 22. p. urina concocta, l. morbus concoctus.  
252. 10. p. refrigerebantur, l. refrigerabantur.  
256. 20. p. exolutiones, l. exolutionis.  
260. 15. p. fæmoris, l. femoris.  
308. 5. p. τεσσαρακοῦ, l. τεσσαρεσκαιδεναῖ.

N. B. Aliquando, perraro tamen, ω pro ο, ι pro ε, χ pro ς,  
& vice versa occurrit, errata hæc lector eruditus & candidus  
corrigere, & typographo igit oscere dignabitur,



